a ADD. Ang.¶No.Quod ex eo,qđ quis bannitur ex delicto,ex quo veniũt publicanda bona,non ęquiparatur deportato:nã deportatus nullo modo succedit.l.j.§.de hær.inst.l.si necem.§.si deportatus.de bon.liberto.& ideo gl.insti.qui.mo.ius pat.pot.sol.§.relegati,reprobanda est,hic.n.vides bona publicari,& tñ talis succedere põt, ꝙ non posset,si æquiparetur deportato.Sed saluo illam gl.quia ibi vult, qđ sit delictum, ꝓpter ꝙ cum ciuitate publicentur bona. vnde præsupponit,quod sit talis bannitus,ꝙ ex cõdem natione perdat iura ciuitatis. & si sic intellexit,bene intellexit, vnde non bene loquitur de banno simplici,sed de eo,quod transit in condemnationem,de quo per Bar.in l. diuus.de cust.reo.

b Alex.¶ Et sic no.quòd publicatio bonorum non trahitur ad futura.

c Ale.¶Quod no.Idẽ tenet Imo.in l.2.§.de hær.inst. & idem tenuit Sal.in d. l.1.licet Im.in l.ex facto.§. ex facto.ad Treb.tenuit contra opi.Bar.hic ex p̃dictis.vide tamen latius Ale.in d.l.j.cũ addi.Bal.sed q̇d de testamenti factione,vide Bar.in l.eius.§.si cui.ff.de test.Ang. ¶Quid aũt si per statutum caueretur, ꝙ talis bannitus priuatus sit tã beneficio illius ciuitatis, quàm etiam iuris cõmunis,nunq̇d poterit in illa ciuitate,ex qua bãnitus est,succedere ex forma iuris cõis? Dic quod non, & ideo istud intellige qñ non esset istud expressum,ꝙ & iura communia perdat.& vide de hoc per Bar. in constitutione,quoniam nuper.in gl.super verbo, rebellando. circa mediũ,qui sint rebelles. ¶ Sed p̃supposito casu, quo succedere põt bannitus fm formam iuris communis, quid ei proderit talis successio? nonne tali bannito dẽt denegari audientia,ipsi enim nõ dẽt ius reddi. Cum.n.possit occidi impune,quanto magis eius bona,vel sibi debitum põt retineri sine redditione alicuius iustitię,vt in feud.ti.hic finitur lex.cap.domino guerram? Solu.Dic,qđ ex hoc non impeditur succedere fm formã iuris communis.nam quamuis non possit agere,donec est exbannitus,tñ prodest ei in casu, in quo rebanniatur, vel extrahatur de banno.sublatum enim erit tunc impedimentum agendi,& reperiet se dominum bonorum.
¶Præterea etiã durante banno poterit cedere iura sua,& preciũ inde habere,& ille cessionarius poterit agere illius actionib. cessis, neque exceptio illi obstabit,cũ nõ hẽt ex titulo lucratiuo,vt no.per Dy.in c.si quis in ius.de reg.iu.li.6. & facit qđ ipse Dy.no.ff.de nou.l.doli.in fi.distinctionis suę,vbi expresse ponit de ista exceptione banni.Et habes ex prędictis,qđ etiam ꝓdesset tali bannito contrahere per stipulationem , vel per certos contractus secundum formam iuris communis.Prodesset enim tali rebannito,vt §.vide Bar.qui ita sentit in quæstione,quæ incipit, Lucanæ ciuitatis,&c.de qua hic fit mentio,& hæc sunt no.digna.

d Ad futura.Adde d.Ale.etiam in l.3.ff.quod quisque iu.& idem post Bart.in l.si stipulatus.de ver.ob.& quod per Lau.de Fan.in l.in quorum.de pig.& limitat Ang.in d.l.3.Paul.Cast.in consi.30.Adde istum in l.fi.§.de pac.Alex. in l.stipulatio.ff.de ver.ob.* Adde Bal.in l.fi.§. quæ res pig.& Bar.in l.j. ff. de bon.dam.Ale.Et bona futura an veniant in publicatione bonorum, vide Bal.& Ang.in l.3.§.pen. qđ quisque iuris. per Cy. & Bal.in l.2.de bonis dam.per Bal.in l.3.§.de priuil.fisci.Imo.in l.ex facto.§.fi.ff.de vulg.& pup. Hoc limitat non procedere in actionib. conditionalib. quia licet pẽdeant de futuro,tamen veniunt in publicatione,& confiscatione,scđm Bald. in d.§.pe.& pro eo est bonus tex.in l.inter socerum.§.fi.de pac.dot.quæ limitatio habet locum in iuribus conditionalibus ex contractu,secus si ex vltima voluntate,gl.sing.in l.nam ad ea.de cond. & demonst.Bal.in l.etiam. §.ad le.Fal.Sed esset dubium,quid in obligatio.passiuis,an transeant in fiscum publicatis bonis,vide per Bar.in l.quoties,in fin.de nou.& in l.postquam.in fi.vt le.no.caue.& videtur tenere contra Bar.Bal.in l.fi.§.de contrah.emp.& multum laborat pro responsione text.in d.l.quoties.pro quo vide Bar.in conf.colonus de Spoleto,& per Bal.in l.j.de bon.liber.per Roman. in l. si marito.soluto matrimonio,vide omnino in materia Aretinum in sua practica maleficiorum, in verbo, & eius bona publicamus,& Lud. in litera c.notabili 83.vbi limitat gl.in d.l.nam ad ea.

LEX V.

1 *Officialib principis nõ creditur sine literis,quãdo.s.mittũtur de vna ꝓuincia ad aliam.& officiales debent portare insignia,ex quib.cognoscãtur.*
2 *Officiali iniustè exequenti potest de facto resisti.*
3 *Resistens officiali iniustè exequenti,potest conuocare coniunctos,& amicos,& etiam vicinos,& etiam sine conuocatione possunt conuenire.*
4 *Consuetudine inductum est,vt oppressi exclament,succurrite.*
5 *Officiali principis venienti cum literis est obediendum.*
6 *Mandatum priuati, an possit probari aliter, quàm per literas, vel instrumentum.*
7 *Nuncio priuati,an sit credendum,sine literis.*

PROHIBITVM. Nunciis Principis nõ creditur fine literis,
& ipsis voletib. aliorũ bona capere,qlibet cuius intereſt,põt
de fcõ reſiſtere.h.d.¶Diuide in tres partes,quia primò ponit
vnum dictũ. Scdo dat remediũ ad obſeruatione illius dicti.
Tertiò ponit,qñ officialib.ſit credẽdũ.Scda ibi,vt omni.Ter-
1 tia ibi,tũc enim.Caſus in terminis eſt planus. ¶Nota,ꝙ † of-
ficialib. Principis non creditur fine literis,vt hic,& ſ.de mãd.
prin.l.vnica. ¶Sed qro,cui dẽt iſtas literas oſtendere.tex.hic
in fi.dicit,ꝙ dẽt innoteſcere illis,quorũ intereſt.text.in auth.
de collat.§.eos,collat.nona, declarat melius quàm alibi, qđ
hoc dẽt fieri notũ in curia præſidis prouinciæ.quo facto cre-
ditur illi officiali per totã prouinciam.¶Vnde collige,ꝙ hęc
lex nõ hẽt locũ, niſi qñ officialis mittitur de vna ꝓuincia ad
aliã. Nã in eadẽ ꝓuincia eſt pſumptio, ꝙ officialis ſit notus,
vt d.§.eos. Fateor tñ,qđ dicti officiales dẽnt portare ſigna of
ficialium,ex qb.cognoſcantur,vt nũcij birretum rubeum, &
ſimilia,aliàs poſſit eis reſiſti,vt l.item apud Labeonẽ.§.ſi quis
a virginẽ.ff.de iniuriis,iuncta l.ſi qs ignorãs.ff.loca.a†Item no.
2 ꝙ officiali iniuſtẽ exequẽti licet de facto reſiſtere,vt hic, & l.
deuotũ.j.de meta.qđ dic vt per Cy.in l.j.ſ.vnde vi.& per Gu
3 lielmũ de Cug.ff.de iuſtitia,& iure,l.vt vim.¶†Item no.ꝙ li-
cet reſiſtere etiã his,quorũ intereſt.Puto etiam,ꝙ quo ad re-
ſiſtendum põt ꝓuocare ꝯiunctos,& amicos,& etiã ſine ꝓuo-
catione poſſint ꝯuenire vicini,& amici,vt l.ſi quis in ſeruitu-
te.in fi.ff.de furt.facit quod no.in l.3.§.cũ igitur.ff.de vi,& vi
4 armata.¶† Ad hoc tñ, vt homines citius veniant ad ſuccur-
rendũ oppſſo,eſt de ꝯſuetudine inuetũ,vt oppſſi exclament,
ſuccurrite, ſuccurrite. ex quo vr̃ oẽs audientes ꝯuocare, vt l.
ꝑtor ait.§.ſi quis aduentu. ff.vi bonorũ raptorũ,& hẽs per gl.
5 & Doctores,in d.l.vt vim. ¶†Vltimò not.ꝙ officiali Princi-
6 pis venienti cum literis dẽt obediri.¶†An autem mandatũ,
priuati probari poſſit aliter, quàm per literas, vel inſtrumen-
7 tum,no.Doctores in l.j.ſ.de procuratoribus.¶†Itẽ an nũcio
priuati credendum ſit ſine literis, dixi plenè in l. eum qui.in
b fi.cum l.ſeq.ff.commod.& ibi vide in fine.*b*

a ADD. ¶ Ale.Loca.Adde Bar.in l.j.j.de colla.fund.& vide no.per Bar.in l.
ſi publicanus.de public.& in l.ſi qua.de epiſc.& cler.& in extrauag.ad re
primendum,in verbo,per nuncium,& not.in c.poſt ceſsionem.de prob.&
per Ang.in repetitione l.ſi vacan.de bon.vacan.& in auth. de colla.§.hoc
autem.colla.nona.

b Ale.¶In fi.Not.credi nuncio,ſi portat birretũ ſignatũ.Idẽ Bar.in l.eũ q.§.
fi.ff.com.vbi dicit ſtandũ ꝯſuetudini.vide Sal. in l.ſanctum de re.di.vbi di
cit,ꝙ offendẽs officialẽ ſine ſigno non punitur,vt offendens officialẽ Bar.
in extra.ad reprimend.Et qñ officiali iniuſte exequenti poſsit reſiſti, vide
Inn.in c.ſi qñ.de offi.deleg.& gl.in c.non dẽt.11.q.3.& Anch.in c.ea quę.gl.
in c.non inferenda.20.q.3.Bar.in l.deuotum.de metatis,& in l.oẽs.j.de de
curio.vide gl.in c.reo.24.q.5 Inno.in d.c.cum dilecto.vbi dixit, ꝙ ſi iudex
iniuriat aliquem iuris ordine omiſſo, violẽter & de facto põt ei reſiſti im
pune.gl.in c.ex literis.de offi.deleg.& eſt gl.in.c.paſtoralis.e.tit.quæ vult,
quod iudici exequenti ſñiam nullam,poſsit reſiſti.Fl.in l.addictos.ſ.de e-
piſc.vide & ibi Bal.circa med. Item officiali negligenti põt de facto reſi-
ſti & remoueri,& ibi Ang. in auth.vt litig.iur.in §.ſi qua.Itẽ an executori
iniurioſo?Vide Bal.in l.ab executione.ſ.quo appel.nõ reci.tex.& ibi Bar.
in l.ſed ſi alius.§.belliſsime. qđ vi aut clam. Vide caſum in qb.qs põt ſibi
ius dicere,per Bal.in c.j.§.j.de pace iur.fir.per Bar.in reper.in l.j.in fi.ſ.vn
de vi.Adde Innoc.in c.cum olim.de priui.vbi dixit,qđ etiã merus execu-
tor datus à Papa,vel Imperatore non debet,nec põt officium ſibi iniũctũ
iniuſte exequi,qa ei reſiſti poſſet,ſicut cuiq; alteri exequenti, quia ibi in-
telligitur,niſi tali executori cõmiſſum ſit,qđ etiam violẽter exequeretur.

LEX VI.

1 *Procuratore fiſci cum libera agente ante tempus fiſco actio perimitur,ſi-*
cut priuato.& nu. 3 .hodie induciæ duplicantur.
2 *Agens ante conditionẽ,vel diem incertam,an perdat actionem, remiſſiue.*
3 *Præſcriptio rõne negligẽtiæ ita hẽt locũ cõtra fiſcũ,ſicut contra priuatum.*
4 *Alia tpa ſunt ſtatuta in præſcriptione contra fiſcum,quàm cõtra priuatũ.*
5 *Proponens actionem ſibi non competentem,reiicitur vel lacerando libellũ,*
vel pronunciando.

1 IVSTAS. Duob.modis legitur. Scdm primã lec.h.d.† pro-
curatore fiſci agente ante tps, actio perimitur, ſicut etiam in
quolibet priuato agente.h.d.Gl.hanc lec.clarè explicant.Op.
Inſtit.de excep.§.tẽporales.So.gl.ꝙ hic dicitur,hodie corrigi
tur,qa nõ perimitur actio,ſed duplicantur induciæ,& hoc eſt
de lege Codicis antiqua. Iſta aũt duplicatio fit de tpe qđ ſup-
2 eſt,vt l.aut damnũ.§.quiſquis.ff.de pœ.†Et an hoc locũ hẽat
in eo,qui agit ante ꝯditionẽ,vel diẽ incertã,dic vt in l.non ſo
a lum.§.tale.de lib.leg & l. pecuniam.ff.ſi cer.pe.aQuæro,quo
agente perdit fiſcus actionẽ.Gl.dicit qđ ꝓcuratore agẽte,qa
hẽt liberã.l.j.de offi.proc. Cæſ.qđ eſt verũ, qa hæc pœna non
põt inferri ipſi ꝓcuratori,q non hẽt actionẽ,arg.ſ.de his qui.
vt indig.l.Polla.& de ſacroſ.ec.l.iubernus nullã.niſi hoc factũ
fuiſſet frauduleter per ꝓcuratorẽ,vt l.meminerint.ſ.vnde vi.
3 ¶† Scdo modo legitur in præſcriptione,ſcdm q̃ lect.hoc in-
tendit. Contra fiſcum negligẽtem pſcribitur,ſicut ꝯ priuatũ.
4 h.d. †Aduerte tñ, quia alia empora ſunt ſtatuta in pſcriptio-
ne ꝯ fiſcum quã ꝯ priuatũ,vt l.in oĩb.ff.de diuer.& tẽp.pre
5 ſcrip.¶†Vltimò no.ex tex.in prin.dũ dicit,ꝯcremari,& gl.ex
ponit,id eſt, amitti. qđ nõ eſt neceſſe. Cum .n.quis proponit
actionẽ,ad q̃ admittendus non eſt,duplex eſt modus repellẽ-
di,vnus de facto,ſcilicet lacerãdo libellũ,vel ꝯcremãdo igne,
vel alio mõ ꝓnunciando,vt l.2.in fi.ſ.vñ nemo priu.vñ ꝯcre-
mari,põt propriè ſtare,quaſi dicat,iubeo comburi libellũ.*b*

a ADD. Ale.¶Petat.Qui agit ante ꝯdõnẽ,an ꝑdat actionẽ,ſeu tp̃s duplice
tur.Adde Io. And.& Ant.de Butr.in c.j.de plus peti.qui dicunt, ꝙ totũ tp̃s
duplicabitur,qđ etiam ſequitur Aret.in §.ſi quis agens.Inſti. de actionib.
vide Bar.in d.l.pecuniã.& ibi ſcripſi. Et an ante diem vel ꝯditionẽ ſit nata
actio,vide plene per Bar.in l.ita ſtipulatus.de verb.ob.& aliquid ꝑ eundẽ
in l.Fulcinius.§.ſi in diem.ff.ex qb.cauſ.in poſ.ea.& adde,ꝙ tamẽ põt agi
vt caueatur de debito.text.eſt & gl.vltima no.in l.in omnibus.ff.de iud.&
ibi tenuit quòd tempus duplicabitur ſi agit ante diem,vel conditionem.

b Ale.¶Libellũ.Libellũ ineptũ iudex lacerat,& non admittit.Adde gl.in l.j.
ſ.de offi.aſſeſ.& facit l.ſicut.Adde qđ etiam hoc põt parte tacente, & nõ
opponente,ſm Bal.in l.2.ſ. vt nemo pri. & in l.edita.in lect.Paduana.ſ.de
eden.ꝙ limita,niſi eſſemus in caſib.in quib.non requiritur libellus,quia li
cet ꝓduceretur ineptus teneret,licet poſſet lacerari.Gl.eſt ſing.in l.vinũ.
in fi.gl.magn.ff.ſi certum peta.& Bart.in verſi.ſine figura.in extraua.Ang.
Sed pone ꝙ ꝓcurator meus,cui dedi liberam poteſtatem,egit cõtra meũ
debitorem ante tp̃s,nunquid duplicãtur induciæ?Iſta lex facit, qđ nõ,qa
non videor mandare,vt delinquat,vt l.ſi ꝓcurator.§.Cælſus.ff.de cond.in
deb.& l.pater.de priui.cred.facit in auth.de trien.& ſemiſ.§.illud.

LEX VII.

1 *Facultas defendendi nemini eſt deneganda.*
2 *Statutum quod non liceat alicui ſe defendere,non valet.*
3 *Defenſio de facto poteſt prohiberi,quando offenſa eſt licita.*
4 *Lite pendente non debet poſſeſſor inquietari,nec bona eius deſcribi.*
5 *Poſſeſſio dẽt remanere apud reũ conuentũ,& ſic non põt fieri de ea ſeque-*
6 *Fiſcus qua actione agit quando bona in fiſcum deferuntur.* *(ſtratio.*
7 *Fiſcus pro bonis,quæ in eum deferuntur,agit coram præſide.*
8 *Cognitio ſuper bonis delatis in fiſcum,an ſit ordinaria,remiſſiuẽ.*
9 *Sententia generalis fertur in iudiciis vniuerſalibus.*
10 *Fiſcus poteſt cogere notarios ad exhibendum inſtrumenta,pertinentia ad*
aliquem,cuius bona in fiſcum ſunt delata.
11 *Fiſcum fraudans punitur in duplum.* *(ſita de bonis fiſci,vel eccleſiæ.*
12 *Quæſita per officiales fiſci,vel per prælatũ eccleſiæ,an præſumantur quæ-*

DEFENSIONIS FACVLTAS. Aliàs incipit, facultas. Iſta
eſt no.lex,& breuiter hoc intendit. Contra fiſcum licet cuili-
bet ſe defendere,& ante ſententiam bona non auferunr, poſt
ſententiam ſolicitè inueſtigabuntur. quod etiam in officiali-
a bus locum habet.h.d.aEt primò ponit vnum dictum.Secun-
dò rationem dicti.Tertiò ex his ponit vnam conclu.Quartò
effectum illius conclu. Quintò circa prædicta mouet vnum
dubium & determinat. Secunda ibi, cum facultates. Tertia
1 ibi,vbi ergo.Quarta ibi,vt cũ.Quinta ibi,ſanè.†Not.ex prin.
b ꝙ facultas defendendi nemini eſt deneganda.b † Per hoc di-
2 co, ꝙ ſtatutum, ꝙ dicit,ꝙ non liceat alicui ſe defendere,non
valet,quia defenſio eſt de iure naturali,vt l.vt vim. ff.de iuſti.
& iur. l. pactum, in gl. mag. ff. de pact.& eſt hodie expreſſum
de re iudi. c.paſtoralis. in cle.ꝙ intelligitur in defenſione ſuæ
propriæ perſonæ,& ſic qñ eſt neceſſaria defenſio, voluntaria
non poteſt prohiberi per legem,vt no.per Inn..ext.de excep.
c c.cum inter.plenè dixi.ff.ſol.mat.l.cum mulier.c†& hoc ve-
3 rum in defenſione iuris:defenſio vero de facto põt prohibe-
ri à lege, qñ offenſa eſt licita , vt ſ. quan.li. vni.ſine iu.ſe vin.
4 l.j.& ij.facit ſ.eo.l.prohibitum.in princ. ¶†Venio ad ſecun-
dam partem,ex qua habeo,quòd lite penden.non debet poſ
ſeſſor inquietari, nec bona eius deſcribi. Sed contrà ff.de re-
quirend. re. l. fi. Sol.Ibi reus aufugerat,& erat contumax,hic
non.Opp. ff. de vent. in poſſ.mit.l.j.§. penult. Solu.Quædam
eſt deſcriptio, quæ idem eſt , quod incorporatio in patrimo-
nio

a ADD. ¶Alex.Mulier Bal.in conſ.in Chriſti noĩe amen,petito tutore à ma
tre,alleg.iſtum text.ꝙ licet ſit remiſſum inuentarium tutori,tamen dẽt ꝑ
deſcriptionem bonorum fieri,ne bona barattentur.quod tene menti.

b Al.¶Denegãda.Hoc eſt verũ in naturali defenſione,ſecus in ciuil.Bal.in l.
vt vim.ff.de iuſt.& iu.& ſcias ꝙ licet ſtatutũ dicat,ꝙ tali ñ fiat ius,ñ tñ vr̃
denegata defenſio.Bal.in l.j.circa fi.ff.de hr̃.inſt.Ale.Statutũ ꝓhibẽs defen
ſionẽ nõ tenet,de quo per Bal.in l.oẽs.ſ. ſi ꝯ ius vel vti.pu.& adde Bar. q.
vnũ videtur voluiſſe in l.cum mulier.ſo.ma.& aliud in l.vt vim.ff.de iu.&
iur.in verſi.itẽ ad hanc ſol.vide per Bal. in l.3.§. ſi is ꝓ quo,ꝙ quiſque iur.
& per Dominic. in c.non ſolum.de appel.in 6.vbi dicitur ꝙ defenſio indu
cta de iure ciui.tolli poteſt,inducta de iure nat.non.de quo in c.inter qua
tuor,de maio.& obe. & Bar. in extra.q. ſint rebelles.in verb.mille librarũ.

c L.cum mulier. Et ibi vide Bal. & do.Ale.omnino in d.l.vt vim.& adde ad
materiam quæ habentur per Fel.in c. dilecti filij. de exc.in c.ex parte.el 2.
de offic.& po.iu.dele.in verſ.j.videndum,& quòd ibi dixi in apoſtil.

nio fisci,vt depingere arma fiscalia in domib.& pos.aliorũ,&
istud prohibetur hic lite pẽdẽ.ita intelligit gl.hic dũ allegat s̃.
vt ne.priua.l.2.cũ si.quædã est descriptio.i.scriptura,q̃ fit à ta-
bellione,vt res nõ perdantur,vel ne subtrahãtur,& ista p̃t fie
ri lite pendẽte,vt lege ꝯria,vt ĩ.de bon.vac.l.fi.licet sequestra
a tio fieri non possit,qđ est notãdũ.[a] quærit gl. super quo erit
controuersia.dic,vt in gl.q̃ tãgam in seq.ver.¶ Venio ad ter-
5 tiam partẽ,ex qua no.†ꝙ possessio dẽt remanere apud reum
conuentum,& sic nõ p̃t fieri sequestratio,vt s̃.proximè dixi.
6 ¶† Quæro,qua actiõe fiscus petet ista bona.vr̃,ꝙ rei ven.qa
tex.hic dicit,vendicãte.Br̃ dic.qñq; bona deferunt̃ ĩ fiscũ,tãq̃
hr̃ditaria alicuius mortui, & tũc agit fiscus petitione heredi-
tatis.s̃.de his qb.vt indi.l. 1.& ibi no.in gl.& ff.ad Sylla.l.ĩ co-
gnitione.de pe.hæ.l.item veniunt.§.pridie.& no.in l.p̃donis.
e.ti.qñq; deferuntur bona in fiscum non vt hr̃ditas,sed vt bo
na alicuius priuati delinquentis, & tunc p̃t agere rei vendica
tione,vt hic,& l.imperator.ff.eo.vel ꝯdictione ex lege ista,ex
qua bona ĩ fiscum dẽnt deuenire,ar.l.j. ff.de ꝯdi.ex lege.facit
7 l.1.ff.e.ti.¶† Quæro, corã quo agitabit̃ ista qõ. dicit gl.corã
8 p̃side,vt l.fi.ĩ.đ bo.vac.ꝙ intellige,vt ibi dicã.¶† quero vtrũ
ista cognitio fiet ordinariè,vel summatim.text.hic innuit qđ
ordinariè,qñ dicit,cognitio vẽtiletur, &c.cõtrà vr̃ ĩ.ti.j.l.pe.
9 & ibi dicã ¶† venio ad quartã partẽ,& no.hic tex.ad illã pra
cticam,q̃ tangit gl.in l. 1.ff.de eden.in pr.gl.mag. videlicet, ꝙ
in iudiciis vl̃ib.sñia fertur vl̃r, & tpe executionis inquirit̃ par
10 ticul̃r de bonis.¶†Scđò no.ꝓut gl.exponit ꝯdõnales.i.nota
rios,quod qñ bona alicuius publicantur, p̃t fiscus mittere ꝓ
oĩb.notariis, qui hñt instr̃a ad illum,vel illa bona pertinẽtia,
b & eos cogere,vt sibi exhibeãt.[b] †Tertiò no.ꝙ q facit fraudẽ
11 fisco punitur in duplum.ꝙ dic vt l.proxima.venio ad vltimã
partem,quæ legitur duob.mod.primò,ꝙ officialis fisci com-
12 prehẽdat̃ hac ꝯstõe,& ista est bona lec.†scđò,ꝙ officiales fi-
sci ñ ꝯprehẽdãtur hac ꝯstõe,& sic,ꝙ eis nõ est data defensio-
nis facultas,qua quicquid officiales quæsierunt,quæsisse præ
sumantur de bonis domini,seu fisci,vt gl.tangit.quod si verũ
esset,valde notandum esset,mihi autem non videtur verum,
per l.si defunctus.arbit.tut.e.tit.l.3.§.multa,vbi non præsumi
tur de bonis fisci,nisi hoc liquidò probatur.in prelato autem
ecclesiæ dic,vt in auth.licentiam.s̃.de episc.& cle. vt ibi dixi.
c & per Inn.in c.cum in officiis.de testib.[c]

¶Concordia.

¶Pro concord.aduerte, officialis,seu thesaurarius, qñ aliqđ acq̃rit,an intelligatur acq̃rere de bonis suis, an de bonis eius cuius officium gerit.& Bar.reprehendẽdo gl.hic in l.defensionis facultas.tenuit,qđ p̃sumat̃ acq̃rere de suis, sed ꝯrius allegatur in tract.de duo.fra.in illo mẽbro dist.suæ vbi non inducitur præsumptio delicti.Sol.potest accommodari sec.Bal.c.1.de controuer.inter do.& va.in vsi.feu. quem alle.d. Ale.in addit.ad Bar.sc.ꝙ prima opi.loquatur post redditionem rõis. secunda verò opi.ante redditionem rationis:sed Bar.propriè non loquitur in thesaurario fisci in d.tract. licet possit cõprehendi sub verbis suis generalib. & ideo de directo non posset argui contrarius.adde Bald.in l.si defunctus. s̃.arbi. tut.in l.3. de dona.inter vir.& vx.in l. quisquis.C.si cer.pet.

a ADD.¶Ale.Notan.vbi est ꝓhibita sequestratio permittitur tñ bonorũ descriptio, de quo per Bar.l.fi.de req.reis,& in l.1.de proh.seq.pec.& ibi vide Bal.qui hoc limitat in fi.& Ant.de Bu.ca.2.de sequest.pos.& per Bald.l. Imperatores,de app.& in l.fideiussor.§.fi.qui satis. cogan.vide tñ Bal. d.l. 1.vbi đt,ꝙ iudex dẽt esse multũ discretus,& an possint capsæ,& ostia domus ex iusta causa sigillari,vt postea eorum, quæ ibi sunt, possit descriptio fieri,vide Ang.l.j.s̃.ne liceat sine iud.aut.singna imprimere,ibi đt ꝙ ratione suspicionis,vel alterius iustæ causæ potest iudex concedere sigillationem capsarum,& ostiorum,& hoc cũ authoritate iudicis,alias posset agi iniuriarum,vt l.si iniuriæ,ff.de iniuriis.

b Ale.¶Exhibeant.adde ad hoc Bar.l.Arist.de iure deliberan.

c Ale. ¶Testib.officialis,vel thesaurarius q̃cquid acq̃rit,p̃sumitur de bonis fiscalibus,vide Bal.c.1.de ꝯtrouersia inter do. & vas. & adde,ꝙ cũ ista gl. transit Bal.ibi,& d.l.si defunctus.arb.tu.& l.3.de don.inter vir. & vx.& in l.quisquis,s̃.si cer.pe.& in l.cum oportet.s̃.de bo.quæ lib.& in auth.licentiam.de epis.& cle.& l.1.s̃.de hær.vel actio.vend.đt tamen Bal.d.c.1.quod ista gl.procedit antequàm officialis reddat rationem administrationis,secus si post,quia procederet dictum Bar.& vide Bal.d.auth.licentiam.& ibi Bar.ĩ suo tractatu de duob.fratrib.in ver.4.quæro,q̃d si dubitatur, &c. Et de prælato,vide Io.And.& alios in c.vnusquisque,de pecul.cler.& viđ Bal.l.1.de hær.vel actio.ven.& per Inn.& d.Cardinalem. in c.cum in officiis,de testib.& quãdo est dubium inter prælatum,ecclesiæ,& ecclesiam, de quib.bonis videatur facta acquisitio,dic ꝙ fit diuisio inter hæredes p̃lati,& ipsam ecclesiam, Casus est iuncta gl.quam approbat ibi Arch.12.q. 3.c.si sacerdotes, & Ro.in litera b.no.82.vbi đt ita se consuluisse. ¶Verum quæsita per officialẽ fisci p̃latum,præsumãt̃ q̃sita de bonis fisci,vel de bonis ecclesiæ,istam tñ gl.vr̃ sequi Bal.l.si vt proponis,s̃.de don. inter vir.& vx.in officiali publico,secus in priuato.&vide quod dixi post Bar.l.1.ff.de bo.dam.sed ista gl.no.per Bal.d.l.si defunctis,s̃.arb.tut.& non est alibi ista gl.sec.Bal.l.cum oportet.in pr.de bo.quæ libe.&ibi plene de hac materia. Ad quod vide quæ allegat Bal.l.1.s̃.de hær. vel act. vend. & in l.si quis.s̃.si cer.pe.eundem in c.1.in tit.de conten.inter do. & fide.in vsibus feu. & de Com.ostillatorem meum in l.diuus,ff.de bo.dam.

LEX VIII.

1 *Recipiens in fraudem fisci promissiones, vel venditiones fictitias punitur in quadruplum.*

2 *Officiales plures si commiserunt fraudem, omnes tenentur ad quadruplum, non tamen insolidum.*

1 QVI IN CONTRACTIBVS. †Qui in fraudem fisci super
reb.fisco incorporatis ꝯhit, punitur in quadruplum.h.d. Op.
s̃.l.proxima,vbi tenetur in duplum.Sol.ibi fuit cõmissa fraus
in acquirendis,hic in iam acquisitis. quod tene menti ꝓ istis,
q recipiunt in fraudem fisci promissiones,& venditionẽ ficti
tiam,vt teneantur in duplum,vt hic,& l.aufertur.§.1. ff.eod.
2 ¶† Quero,qd si multi officiales[a] fuerunt,qui istam fraudem
a commiserunt?Dicit gl. quod ad vnum quadruplum tenean-
tur oẽs, vt d.l.aufertur.§.fi.ff. e.quod no.quia licet in delictis
alias quilibet insolidum teneatur, tamen in officialib. est se-
cus,vt l.si multi.ff.de pub.quod dic plenius,vt ibi dixi.

a ADD.¶Ale.Officiales.¶In officialib.delinquentib.solutio vnius alios liberat.hoc etiam voluit Bart.l.si in rixa.ff.de sicariis,& Aug.& Moderni l. si familia.de iuris.om.iud.

LEX IX.

1 *Consuetudo antiqua in electione officialium est seruanda.*

2 *Conducens iudicem debet illum conducere, & reconducere sumptib. suis.*

SVPER CREANDIS. Forma & lex data,& cõsuetudo anti-
qua in electione officialium,est seruanda.h.d.ad euidentiam
præmitte,ꝙ procurator rei priuatæ.s.Cæsaris, fecerat vnã suã
legem,disponentem qualiter susceptores eligerẽtur.impera-
tor hic mandat illam dispositionem,& antiquam cõsuetudi-
1 nem obseruari.†no.in electione officialium seruandam anti
quam consuetudinem.quod dic.vt l.nõ tantum.§.fi.ff.de de-
2 curio.¶† Secundò not.ꝙ in famulis,& sumptu familiæ, ser-
uanda est consuetudo. & ideo si aliquis conducit vnum iudi-
a cem,[a] debet intelligi sumptib. conducentis in eundo, & re-
deundo, & in stando , quia sic est consuetudo. facit l. domini
prædiorum.ĩ.de agri.& cen.& l.excepto.ĩ.loca.

a ADD.¶Ale.Iudicem.Vide quod not.Bal.l.1.ad fi.s̃.de neg. gest.dum alle.l. idemque.§.idem Labeo ff.manda.licet in contrarium faciat l.suo victu,de ope.lib.alleg.per eum.Ale.conducens vnũ vicarium,videtur in dubio cõducere suis sumptib.in eundo, redeũdo,& stãdo.Adde ꝙ no.in l.1.§.si palmarij,de variis,& extraor.cog.adde ét qđ si finito officio vicariatus nollet domum redire,sed alio ire,potestas teneretur dare æstimationẽ expẽsæ,dummõ ñ longius vadat.Vide bar.l.2.ĩ.de priui.d.Aug.lib.12. vide late no.p Ang.l.obseruare.§.proficisci,in additionib.de of.procon.& le. Item adde circa hoc,ꝙ si ex pacto potestas tenetur ꝯducere vicarium,vt s̃.suis impensis,non tenetur tamen si in itinere fuerit derobatus,sec.bald.l.nihil mali.ꝙ est l.contumacia,ff.de rei vend.in lec.Flor.& facit l.si vehenda.ĩ §. idem iuris ad l.Rho.de Iac.vbi casus,& vide Ro.l.quicquid,si cer.pe.Circa primum dictum bar.adde quæ per bal.l.1.s̃.de sufffagio. vbi dixit quod ille,qui conduxit aduocatũ, debet illum ducere extra prouinciam equestrem suis expensis.Et adde quod no.in l.legatis,de ali.& cib.leg.& bar.l. 2.§.defendi,ex quib.cau.in pos.ea.vbi ponit de nuncio, qui mittitur ad citandum absentem. Sed an potestas teneatur ad medicinas pro suis officialib.infirmis,vide bal.l.quod in vxorem,in fi.s̃.de neg.gest.tenentem quod tenetur ad modicas,non ad magnas,post Iac.but.& Cy.ibi,& not.bar.d.l. legati. ¶Sed quid si potestas conducit officialem non facta mentione de salario.Dic quod tenetur secundum quod est consuetũ in tali officio sec. bart.l.excepto.s̃.locati.facit l.prius.§.placuit,de aqua plu.arc.& Io.And. c.fi. de consuetudi.lib.6.& bal.l.Gallus,de lib.& posth.& no.bar.l.1.§.sed & Comites,de variis,& extraord.cogni.

LEX X.

1 *Bona illius, qui se occidit, si deprehensus fuit in crimine, vel accusatus, auferuntur ab hæredibus, & fisco applicantur.*

2 *Delinquẽs, qui accusatus, vel deprehensus est in crimine, si se occidit habetur pro confesso, & conuicto.*

3 *Iura antiqua in illo qui se occidit corriguntur per auth. bona damnatorum supra, de bon. damnat.*

REORVM PATRIMONIA. legitur hæc lex trib.mod.secũdum primum breuiter hoc intendit.Bona delinquentis mortui non pertinẽt ad fiscũ,nisi viuẽs fuerit condemnatus. h.d. Hæc lect.procedit quantum ad pœnam criminalem inferendam.sed si ageretur ciuiliter,qualiter ꝯ hæredem transeat pœna,dic vt s̃.ne ex delic.defun. l. 1.& quando criminaliter, dixi plenissimè in l.ex iudiciorum.ff.de accusa.&plenè dixi in l. 1. ff.de priua.deli.item secundum hanc lect.dicit gl.ꝙ reus anteq̃ condemnetur potest liberè administrare, quod plenè examinaui in l.post contractum.ff.de don. sed secundum 2 lect. breuiter hoc intendit. Vbi crimen non extinguitur morte, bona non auferuntur hered.nisi de crimine condemnatione secuta.h.d. Et secundum hoc expone text.ibi, post publicam

accusa

accusationem, s. productam contra eos, qui se dicebāt hæredes defuncti, & istum casum no. forma autem sententiæ in casu legis nostræ ponitur insti. de hære. quæ ab intest. §. per contrarium. in gl. & tangitur in l. qui à latronib. §. 1. ff. de testa. &
1 ibi dixi de hoc. secundum tertiam lec. h. d. †Bona eius, q metu criminis se occidit, non auferuntur hæredib. nisi accusatio
2 ne proposita, & condemnatione secuta. †Istam lec. intellige, quando ante mortē de crimine non erat accusatus, vel in eo deprehensus, tunc. n. se occidendo, hr̄ pro confes. & condemnato de crimine. Nec esset opus noua accusatione, & condēnatione, vt l. 2. in prin. & l. fi. in princ. ff. de bo. eo. qui ante sen. mor. sibi consci. facit §. qui test. fa. pos. l. 2. Quæro nūquid hoc hodie sit immutatum per auth. bona damnatorum? gl. hic di
3 cit multum no. q sic. vide eam & signa. †no. q vbi quis se occidit, iura vetera corriguntur, & habet locum auth. bona dā-
a natorum, a §. de bo. dān. quod tenent doc. in d. auth. ego exa-
b minaui ista iura in l. fi. ff. de bo. eo. qui mor. sibi consci. b

a ADD. ¶Bona damnatorū. ad quod vide Ang. Sal. & Bal. d. l. 2. alle. in tex. C. q testa. fac. pos. i ver. item scias. vsque ad fi. l. & omnino vide ibi etiam Ale. cum aliis concord. ibi per eum signa. in addi. Ang. in auth. de incest. nup. in prin. Bal. omnino in tit. de parte. in fi. ver. quæro ergo de intellect.

b Ale. Cōsc. adde Bar. l. 1. de bo. dam. & Bal. l. 2. §. qui test. face. pos. quod nota. Bar. post. gl. in l. is qui. §. 1. ff. de test.

¶De conueniendis fisci debitoribus. Rub.

LEX I.

1 *Fideiussor officialium non conuenitur, nisi principali excusso, etiam si de bonis officialis emerit.*
2 *Indemnitatem promittens, etiam si renūciauerit beneficio de fideiussorib. non potest conueniri ante principalem.*
3 *Possessor bonorum principalis non potest conueniri ex tacita hypotheca, ni si principali excusso.*
4 *Debitor debitoris fisci non potest conueniri à fisco, nisi principali excusso.*
5 *Lex ista. an contineat ius commune, vel singulare.*

NON INIVSTA. legitur tribus mod. secundum 1. lec. h. d.
1 †Fideiussor officialium non potest conueniri, nisi principali
a excusso, a etiam si de bonis principalis aliqua bona emerit. h. d. Op. §. de fideiusso. l. iure nr̄o. Sol. spāle est in fideiussorib. officialium secundū ista tpa, licet hodie sit ius cōe, per auth. de fideius. quod quār intelligatur videbitis in l. 1. j. de decu. mihi tamen vr̄, q quātum ad casum huius l. nulla sit specialitas. Nam hic fideiussit promittendo indemnitatem, non autem simpliciter. meritò verba fideiussionis inducūt, vt prius principalis debeat conueniri, vt videatur in quo fiscus sit damnificatus, vt ff. de fideius. si stipulat⁹. §. j. in fi. facit l. fi. ff. cer. pe. facit l. 2. si mater indem. promi. & l. tutor. ff. ad velle. quod tenementi. Qualiter autem, & ad quid possit conueniri, qui indēnitatem promisit, habes gl. in l. 2. §. de sen. quæ sine cer. quāti.
2 profer. †Ex his apparet, quod qui promisit indemnitatem, etiam si renunciauerit beneficio de fideiussoribus, non potest
b conueniri ante principalem. b Hoc enim inducit hoc casu na
c tura obligationis magis quā beneficium fideiussionis. c †sed
3 secundum secundam lec. breuiter hoc intendit. ex tacita hypothecaria non potest conueniri possessor, nisi principali discusso. h. d. ista lec. probatur in l. Moschis. ff. de iu. fis. hodie est ius commune, vt in auth. hoc si debitor. §. de pig. † Secūdum
4 tertiam lec. h. d. Debitor debitoris non potest conueniri à fisco, nisi principali discusso. h. d. text exponit ibi, indēnitate promissa, i. ab eo, qui fideiussit pro officiali secundum primā lec. vel ab ipsomet officiali secundum secundam, & tertiam lect. differentiam autem in conueniendo debitorem debitoris inter fiscum, & priuatum, gl. tangit hic, & melius in l. 1. §. quando fiscus, vel pri. †Quæro, vtrum hæc lex contineat ius com-
5 mune, vel singulare. gl. tangit, & variat. Dic breuiter, secundū primam lec. continet ius singulare habito respectu ad ista tēpora, idem secundum vltimam, sed secundum mediam continet ius commune. Bart.

a ADD. ¶Excusso. Vide d. Ale. etiam in l. prior. §. magistratu, ff. de adm. re. ad ciui. perti.

b ¶Alium principalem. adde istum in l. quæro. ff. loca. eundem, & Alex. l. si q s vxori, §. si fugitiuum, ff. de fur. & Bal. l. j. §. de cond. ob tur. cau. & dixi hic in apost. ad Iac. Rebuf. nu. 1. ver. principalem.

c Ale. ¶Fideius. hoc idem d̄t Ang. l. si cer. pe. in eo qui promittit quāto minus à principali consequi potest, & est ratio, quia promittens non tenetur, nisi appareat quantum à principali cōsequi possit, per l. decem. de ver. ob. & signaui in l. pater dotem, de do. præl. hæc etiam voluit Bart. l. fi. in pr. ff. si cer. pe. pro hoc facit l. decem, cum ibi no. de ver. ob. sed idem Bar. l. quæro, ff. loca. d̄t, q promittens indemnitatem creditori, tenetur quemadmodum fideiussor, Bal. l. si pater. §. mand. in ver. 12. quæro, quid operatur promissio conseruationis, concor. opi. de quo vide etiam per Ang. l. si quis ab alio, §. si quis, de re iud. Ale. ex his habes, q promittens indemnitate, etiam si renunciet beneficio de fideiussorib. potest petere prius excuti principalem, ad hoc vide Bar. l. quæro. ff. lo. & eundem i l. vnde quæritur. per illum tex. ff. commo. & l. 3. in princ. ff. de duo. re. vide Bal. l. si pro ea. §. mā. & Bar. l. pater. de do. præl. & in dictis locis vr̄ variare aliqualiter, & sibi esse cōtrarius, quare pro concor. vide Bal. l. si pro ea, in ver. 12. quæro, quid operatur promissio conseruationis indem. & dominum Aret. l. si quis ab alio. de re iud. in §. 1. de quo etiam per Bal. l. si heres. in ver. ego modo quæro, §. de his quæ in fraud. cred. & in l. 1. §. de sen. quæ sine cer. quant. Sed quid in debito re, qui promisit fideiussorem indemnem seruare, vide Bar. d. l. si pater, & q habetur in c. 2. de fideiusso. quid autem operetur promissio indemnitatis, dic q facit valere actum alias inualidum, exemplum in muliere, quæ non potest fideiubere, vt in toto tit. ad Velle. ff. & C. nā si promittatur ipsi mulieri de indemnitate, valet fideiussio, vt est tex. not. l. si pro aliquo, ff. ad Vel le. q tñ intelligitur si quātitas debita fuisset mulieri data, vt l. si mulieri derim, ff. e. ti. non autē si pignus, q a posset vti Velleiano, vt l. q dam voluit. e. ti. adde q ista indēnitas operatur, etiam limita, quòd voluit Bar. l. si pro reo. §. fi. de fideiussori. & de ista indemnitate vide etiam Bal. in rub. quæ in frau. cre. & in rub. C. de ver. sig. & Bar. l. si stip. de verb. ob. & quando possit conueniri, vide text. & Bal. l. nam tibi, §. de euict. & adde, q instrumentum conseruationis indemnitatis factum inter obligatos non præiudicat tertio, sec. Bal. l. eum qui mutuam, C. si cer. pe. per illum tex.

LEX II.

1 *Instrumentum licet non probet contra fiscum ex eo, quod non fuit subscriptum per notarium deputatum, probat tamen contra officialem.*

FISCO. hæc est not. l. & h. d. cautio, quæ non probat contra fiscum, sed contra officiales, facit vt officiales primò conue-
1 niantur, h. d. † No. q licet instrumentum non probet contra fiscum; puta quia non subscripsit notarius ad hoc deputatus, probat tamen contra officialem. signa hanc l. secundum hæc tempora thesaurarij non poterant facere aliquam executionem sine subscriptione notarij: vnde licet thesaurarius se subscripsit, non liberor à fisco, sed subscriptio thesaurarij est tan-
a tæ virtutis, quod prius debet cōueniri thesaurarius, quā ego. a

a ADD. ¶Ale. Quām ego. per hanc l. d̄t Bal. l. Imperator, ff. de stat. hom. qđ nō creditur libris massarij communis, nisi habeat subscriptionē notarij. facit etiam q leg. & no. in l. 1. j. de apo. pub. & vide Bar. l. quædam, §. nummularios, ff. de eden. Ang. Item no. pro regula, s. quod licet securitas facta ab officiali propter defectum alicuius solennitatis, non liberet debitorem, tamen operatur q officialis primo conueniatur, qualiter aūt istæ cautiones debeant fieri de iure communi, ponit hic gl. no. quod si actor cōis fuit cōfessus habuisse à me quod communi debebam, qđ postea occasione illius fiscus non posset me conuenire, nisi eo existente non soluendo, pro quo l. fi. §. si quis professus, ff. de pub. & vect. & l. in contractib. §. illo. de non nu. pec. & non ob. l. præses, §. de transactio. & dixi in d. §. illo.

LEX III.

1 *Collega, quando conueniatur pro alio collega, quando tempore depositi officij non est soluendo.*
2 *Quod tempus inspiciatur vt is, qui soluendo non sit ad hoc, vt fideiussor cōueniatur principali non excusso quòd in priuato tempus litis contestatę.*
3 *Si agitur contra vnum ex pluribus officialibus, quando agatur prius contra nominatorem, vt collegam, remissiue.*

QVONIAM. si diuisa est administratio à iudice, vel ab eius officialib. primò conuenitur gerens, fideiussores, & nomina-
1 tores ipsius, quàm perueniatur ad collegam. h. d. † Opp. ff. ad
a municipales. l. Imperator. j. de peric. nomina. l. j. a Sol. intelligo hoc, q quis conuenitur pro collega, qui est repertus non soluendo tempore depositi officij, & sic concor. cum contra-
2 riis, ita dicit gl. † Op. q inspicitur tempus litis ɔtest. an fit soluendo, vt l. inter. §. 1. ff. de fideiuf. Sol. illud in fideiussore priuati, secus in fideiussore officialis, quod dic vt dixi in l. contra
3 ria, & plenè per doc. in l. ex persona. §. de proba. ¶† Op. quod prius deueniatur ad collegam, quàm ad nominationem. vt l. aduersus. §. de magist. conue. Huius timore gl. hic distinguit plenè, quàm no. & melius in l. imperator. ff. ad muni. in administratoribus priuatis, dic vt l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tute. & ra. dist. & de mag. conue. l. aduersus. & l. j. §. de transac. & ibi gl. & doct.

a ADD. ¶Ale. L. j. No. istum tex. ad limitationem c. studuisti. de procu. q licet dicatur, q per speciale mandatum derogatur generali, tamen fallit in procuratore ciuitatis, vt hic, & ita allegat Bal. l. 2. quando fiscus, vel priuatus, & Roma. in suis singularibus in litera P. no. 26.

LEX IIII.

1 *Debitores fisci summatim exiguntur, quandoque autem non, sed ordinarie. & nu. 3.*
2 *Priuatus etiam debitor fisci, quòd non potest impetrare, vt debitores sui summatim exigantur.*

HI QVI. debitores fisci exiguntur summatim, nec p̄nt impetrare, vt eodem modo debitores sui exigantur, sed eorum ex
1 actio in ordinario iudicio repetenti reseruatur. h. d. † No. qđ debitores fisci exiguntur summatim, quod patet ex text. qui dicit

dicit sine frustratione.a ¶†Secundò no. ꝙ nõ potest qs impe
2 trare, vt eodem modo exigatur debitor suus à fisco. ¶Tertiò
no. ꝙ licet quis summarie, & de plano exigatur à fisco, nõ ta-
3 men summariè potest ipse de facto exigere alios. †Ad primũ
op. & videtur, ꝙ fiscus debeat eligere ordinariè, vt l. facultas.
s. titu. j. Sol. quidã sunt debitores fisci iam redacti in numero
debitorũ, puta ex aliquo contractu, vel ob tributa, vel simi.
& isti cõueniuntur summatim, vt hic, & j. de exacto. trib. l. 2.
& l. sacrilegij. in fin. ad l. Iul. pec. & in auth. vt iu. sine quoq.
suff. §. oportet. coll. 2. & ibi tex. assignat rationẽ. Quidam nõ
sunt redacti in numero debitorum: Sed an sint debitores, vel
non, dubitatur, & contra istos dẽt fiscus agere ordinario iu-
dicio, vt d. l. facultas. & qđ ibi dixi circa tertiam particulam.

a ADD. ¶Ale. Frustratione. Vide Bal. in l. 2. in prin. s. quando fiscus, vel priua. & in l. j. de cond. ex lege. In ea. l. in j. no. Not. istam dictioné, omissa frustratione, qa denotat causam summariã. adde ꝙ idem in dictione, protinus, vt in l. 2. & ibi omnino vide Bal. supra, vt lit. pen. Et idé est in dictione, statim, vt l. rem quæ. & ibi vide Bar. ff. de iure fisci. qui ponit vnum pulchrũ dictum, cum quo transit Salyc. in l. si quis post. supra de bonis proscrip. & Pau. de Cast. in l. si marito publico iudicio, solu. matr. licet Roma. conetur impugnare illud dictum in l. j. §. j. ff. de ver. ob. Sed ad tollendas eius obiectiones habeas recursum ad distinctionem quam ponit hic Bar. & idem in dictione illicò, vt est tex. & ibi Bar. in l. pen. supra depositi, vbi idem dicit in dictione, quam citius. & per Bar. in l. j. circa medium. ff. iu. sol. & ibi dicit idem in dictione, incontinenti, quæ omnia nota pro rescriptis impetrandis requirentibus causam summariam expediri.

LEX V.

1 *Scriptura priuata, ꝙ nõ faciat fidẽ ꝓ scribẽte, vel eius herede, ẽt si ẽ fiscus.*

1 INTER. †Scriptura propria non facit fidẽ pro scribente, vel
eius herede, etiam si fiscus sibi successerit. h. d. Similẽ legem
habes s. de proba. l. exemplo. Vnde si fiscus occupans rem ali
cuius inuenit chartas manu eius, cuius sunt bona, scriptas, ꝙ
aliquis erat suus debitor, certè fiscus non potest ex illis char-
a tis aliquem conuenire. a

a ADDIT. ¶Conuenire. Adde Bal. in l. bonæ fidei. s. de reb. cred. vbi dixit, ꝙ scriptura priuata mortui non probat, nec aliquam fidem facit, etiam si succedat fiscus vel ecclesia. Ale. Et no. tex. iniquum, &c. simile habes in l. exemplo. de proba. quæro, quid si in illo breui contineatur sibi fuisse solutum, nunquid faciat fidem contra se. Gl. determinat, quod sic. dixi plene. in l. nuda. ff. de dona. & in l. contractus. s. de fide instru. In eadem l. in fi. adde Sal. & Roma. ibi in l. admonẽdi. de iureiur. Bar. & Ang. in l. quædam. §. nummular. ff. de edend. & vide no. per Bar. in l. admonendi.

¶De fide instru. & iur. hastæ fiscalis. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Negatiua, quòd probari possit per obliquum.*
2 *Solennitas, subhastationis, quod non probatur interuenisse, licet in instrumento nunciatiuè dicatur quod facta fuerit.*
3 *Solennitas extrinseca non præsumitur.*
4 *Titulus quando habetur pro nõ titulo, nõ excusat à fructibus percipiendis.*
5 *Procurator fisci habet ius vendendi res fiscales speciali mandato interueniente. res autem debitoris fisci absque aliquo mandato vendit.*
6 *Procurator fisci vendens res fisci, non potest habere fidem de pretio.*
Habere fidem de pretio, qualiter quis dicatur.
7 *Vẽditiones rei fiscali, vel eius debitoris, vt valeãt, quæ interuenire debeãt.*
8 *Mala fides præsumitur interuenisse, quando solennitas fuit omissa, & ordo debitus non fuit seruatus.*

QVOD IN LIBELLVM. Si probatꝰ, ꝙ in venditione rei de-
bitoris fisci debita solẽnitas non seruetur, restituitur res cum
a fructibus perceptis, & percipiendis. h. d. a Op. innuitur hic, ꝙ
b qs debet probare negatiuam. b ꝯ de l. actor. s. de proba. Prætere-
ea, qui solẽnitatẽ dicit, debet eam probare, vt l. quecunq;. §.
fi. ff. de pub. nõ qui eam negat. Sol. gl. dicit, ꝙ hic probatur eo
ipso ꝙ contrariũ non probatꝰ. Istud est facere violentiam lite
1 ræ, qa tunc non probaret ipse, sed ius præsumeret. †Vnde alij
dicunt, ꝙ hic erat scriptura, quæ dicebat solennitatẽ interue-
nisse, cui est stãdum, donec ꝓbetur contrariũ, quod põt pro-
bari ꝑ obliquum, vt l. optimã. s. de contrah. & com. stipu. ista
opin. cõiter tenetur, quã intelligo. qđ hic erat scriptura, quæ
hoc continebat dispositiuè, quomodo tali die, loco, & testib.
fuit facta subhastatio, & quomodo procurator fisci interue-
nit, & sic de quolibet actu fuit factum instrm̃ per se, vt hic gl.
c innuit per l. cum precibus, quam allegat. c †Si enim hoc con
2 tinetur in instrumento enunciatiuè de preterito. ver. g. nota-
rius hodie facit instrm̃ venditionis, in quo narrat quomodo
factæ fuerunt subhastationes debitæ, & similia, tunc illi instru
d mento standũ non est, d quia instrm̃ non probat, nisi ea, quæ
interuenerũt loco, & tempore celebrati instrumenti, vt no.
ꝑ Inn. in c. quoniam contra falsam. extra, de prob. sed subha-
stationes non potuerunt interuenire, qa debent starẽ 20. die-
bus, vt j. dicã, ergo &c. Præterea, tunc non est instrumentum
propriè de illo facto, sed magis facit narrationem alterius
documenti, igitur &c. vt in auth. si qs in aliquo documento.
s. de eden. Præterea, cum ista solennitas sit inducta in fauo-
rem debitoris, cuius bona alienantur, & etiam in fauorem fi-
sci, non possunt officiales, qui vendunt, renunciare huic so-
lennitati, nec etiã emptor, vt l. ius publicum. ff. de pac. Sed si
eorum ꝯfessioni staretur, iam inducta esset via similis renun-
3 ciationi, ergo non valet. l. doli mali exceptio. ff. de noua. †Et
secundũ, ꝙ dicitur in l. optimã. s. ꝙ verba enunciatiuè posita
in contractibus probãt inter easdẽ partes: intelligo quando
e id continetur, in quo partes possunt sibi præiudicare, e aľs se-
cus. Idem no. in l. sciendũ. ff. de verb. ob. Alij dicunt, ꝙ hic præ
sumuntur omnia solenniter acta, ꝙ non placet, quia loqui-
f tur de solennitate intrinseca, quæ non præsumitur, f dixi ple-
4 nè in d. l. sciendum. †Opp. de l. si fundũ. s. de rei ven vbi dici-
tur, ꝙ titulus excusat à percipiendis. glo. hic variat. Tu dic, ꝙ
hic loquitur, quando titulus habetur pro non titulo, argu-
men. l. nec vllam. §. j. ff. de pet. hær. ¶Venio ad quæstiones. &
quero primò contra quem agitur, & qua actione? gl. remittit
5 ad no. s. de iure fisci. l. 3. & ibi examinauit. †Quæro quis est,
qui habet ius vendendi res fiscales, vel debitoris fisci. Gl. di-
cit ꝙ procurator fisci, vel cui princeps mandauit. Itẽ in princi
pio gl. mag. dicit, ꝙ talis venditio debet fieri interueniente ꝓ
curatore fisci. In contrariũ videtur s. si ꝓpter publ. pẽs. l. 2. ꝙ
debeat fieri authoritate ꝑsidis. Breuiter circa hoc dico, quan-
doq; exactionẽ tributorũ vectigaliũ, & similiũ fiscus vendit
alij, quandoq; illud facit per suos officiales nomine fisci exi-
gentes, & isti duo modi notanꝰ in l. j. §. hic titul. ff. de pub. in
prin. mag. glo. primo casu, illi emptores dicuntur esse, qui ha-
bent ius vendendi, tamen hoc faciunt authoritate præsidis,
vt d. l. 2. si propter pu. pens. Secundo casu istud fiet authorita-
te procuratoris fisci, ita loquitur hic. Sed contra hoc instatur
de l. j. ff. de offi. ꝓcu. Cæsaris, vbi non vendit sine speciali man-
dato. Quædam parua glo. hic dicit aliud in ꝓcuratore Cæsa-
ris, aliud in ꝓcuratore fisci. Tu dic idẽ in vtroq;, vt ff. de iur.
fis. l. si fiscus. in fi. & hic loquitur in venditione rerũ debito-
ris fisci, sed ibi loquitur in venditione rerũ, quæ sunt in patri-
6 monio Principis. ¶†Quæro vtrũ procurator fisci debeat vẽ-
g dere rem præsente precio, vel possit haberꝰ fidem de precio. g
dicit glo. precio præsente, vt l. si procu. in fi. ff. de iure fis. & l. à
diuo Pio. §. sed si emptor. ff. de re iudi. Qualiter autẽ quis di-
catur habere fidẽ de precio, vide tex. & glo. in l. qđ vendidi.
ff. de contrahen. emptio. Quæro nunquid in ista venditione
7 necessaria sit scriptura. gl. dicit, ꝙ non, vt l. 3. j. eo. ti. †Quæro
quot requirantur ad hoc, vt valeat venditio rei fiscalis, vel
debitoris fisci? dic, vt in prin. glo. mag. & in l. 3. s. de iur. fisc. &
8 not. in l. 1. si aduersus fiscum, & l. si quos. de rescind. vend. † h
h No. gl. magnam & glo. paruam super verbo, mala fide, quòd
mala fides præsumitur interuenisse, quando solennitas fuit
omissa, & ordo debitus non fuit seruatus. quod no.

a ADDIT. Ale. ¶Hoc dicit. In quibus contractibus requiritur hæc subscriptio, vide Bal. in l. ordo, de executio. rei iud.
b ¶Debet probare negatiuã. Adde tu de hac materia per quem, qualiter, & quando probetur negatiua, per istum in l. actor. nu. 2. & quod ibi posui, in apo. in ver. possit probari. vbi etiam posui in addi. ad Bal. nu. 8. de proba.
c Ale. Allegat. Allegatur hæc glo. qđ decretum præsumiꝰ interpositum ex istis causis, & cum causæ cognitione. vide Bal. in l. fi. de præ. min. Ale. in gl. ibi dum alle. l. cum precibus. quæ gl. allegatur per Bar. in l. sciendum. de ver. ob. & in auth. si quis, in aliquo documento. s. de eden.
d Non est. Adde Pau. de Ca. in consi. 39. & quòd per And. Barb. in consi. incip. scripsit ecclesiasticus. & post consi. 500. Ale. de Imo. 103. 4. part.
e Prçiudicare. Adde Fel. in capi. cũ ĩ iure. de offic. delega. & do. Soci. in cõsi. 213. incip. in prçsenti consulatione. versicu. 2. conclusio. circa fin. in 2. parte.
f Non præsumitur. Adde text. in l. quæcunq;. §. interdum. & ibi Barto. ff. de publi. & vnde Specu. in ti. de proba. §. 1. ver. sequitur, & §. 3. versi. 4. per instrumenta.
g Fidem de precio. Adde quod in procuratore priuati Ludo. Rom. in suis singu. nu. 54. inci. quod habens mandatum ad vendendum.
h Rescindenda vendi. Adde quod subhastatio non requiritur, vt no. Bal. in l. 1. ad fi. s. si propter pub. pen. Et adde quod in subhastatione Reipub. requiritur præsentia officialis.
Ale. officialis. Adde d. Ale. etiam in l. licitatio. de public. l. fin. & ibi Bald. s. noua. vect.

LEX IX.

1 *Agere tanquam vnus de populo, quòd quis potest etiam pro suo interesse.*
2 *Venditio facta sine solennitate, & conclusione precij etiã à fisco, non valet.*
3 *Cumulari in libello, qđ plures causæ possunt, ẽt si quelibet ꝑ se sit sufficiens, & sufficit alterã probari, nisi quis se astrinxerit ad vtrunq; probandum.*

DVPLEX. Hæc lex dicit idẽ, qđ præcedens, si in venditione
1 solennitas non fuit obseruata, res vendita retractatur. h. d. †
No. ꝙ quis potest qñq; agere sicut quilibet de populo, & etiã
pro suo ꝓprio interesse, vt hic in fin. ibi, causa indemnitatis.
Simile

Simile habes in l.licet. in prin.ff.de procu. & qđ no.in l.iuris-
2 gentium.§.si paciscar.ff.de pac.†Not.ꝙ solennitas omissa,&
gratiosa venditio rei ꝓpter paruum debitum,præsupponunt
3 fraudem esse factam, & ideo retractabitur.† No. ꝙ in libello
possunt accumulari plures causæ,quarum quælibet per se est
a sufficiens.a Facit qđ not. s. de eden.l.edita.Et sufficit alteram
probari, vt no.extra,de rescrip.capit.2.in fin.nisi se adstrinxe-
rit ad vtrunq; probandum. quod dic,vt plenissimè dixi ff.de
re iud.l.diuus,& dixi in d.l.edita.supra,de eden.

a ADD.¶Quęlibet p se est sufficiēs.adde Bal.l.p diuersas.q.11.s.man.& istū omnino consi.suo.140.inc.cōmune de Ligu.& ibi posui in addi.ad ipsum.

LEX III.

1 *Emptio à fisco facta,& alia, quæ requirũtur ad acquisitionem dominij, possunt probari sine scriptura, sed per testes.*
2 *Fiscus vendens non potest habere fidem de precio.*
3 *Probationis appellatione,intelligitur de idonea.*
4 *Venditio & precij solutio,probari potest p testes, & ibi quando hoc possit.*
5 *Exceptio, quem de euictione tenet actio, eundem agentem, & quod opponatur,ad merita,& ad processum.*
6 *Res empta per vxorem, erit vxoris, & non viri, licet præsumatur empta de pecunia viri,sed ipsa tenetur ad precium viro.*

1 ET SI INSTRVMENTA. †Emptio à fisco fcā,& alia q̄ re-
quiruntur ad acquisitionem dominij, possunt probari sine
scriptura.h.d.Prō declaratione legis q̄ro,quo iure fiscus ven
dit? Rñ.vel fiscus vendit,vt suum proprium,vel vendit tanq̄
matris diu cessantis in solutione debiti, vel tributi, cui matri
2 fiscus postea successerat, qui fiscus non vendicat. † Hoc præ-
misso no. ex l. ista, quòd precium debet eē solutum, cum fi-
scus vendens non potest habere fidem de precio,vt no.s. eo.
3 l.j.& j.ti.2.l. 1.ff.de iur.fis.l.si procurator.†Secundo no.illud,
qđ tex dicit,in quibuscunq; probationibus,&c. & glo. dicit.
4 s.idoneis, qđ est notabile ꝓpter statuta, & alia multa.† Ter-
tiò no.ꝙ venditio,& precij solutio potest ꝓbari sine scriptu-
ra. Ad istud op.s.tit.1.l.2.Solu. Quidā sunt debitores fisci in
numero debitorū redacti,& isti non possunt probare vendi-
tionem, nec solutionē sine scriptura,vt l. contraria. Quidam
non sunt debitores,sed aliter cū fisco contrahentes, & tunc
totum contractū,& solutionem factā in ipso contractu, pos
5 sunt ꝓbare per testes,ita loquitur hic.¶† Not.ꝙ hic videtur
casus quòd illa exceptio, quē de euictione tenet,&c. de qua
in l.vendicantē. ff. de euic. impedit litem contestari,vt hic in
fi.legis.ibi,referre quęstionē procuraror meus non sinet.q.d.
non patietur litem contestari. Aliæ leges videntur dicere, ꝙ
talis exceptio opponatur ad merita causę,magis quàm ad im
pediendū processum,vt d.l.vendicantem.& s.de euic.l.exce-
ptionē,& s.de rei vend.l.cum à matre.possumus tamen dice-
re vtrunq; procedere,& quòd apponatur ad merita causæ,&
ad processum per hanc legem. & leges s. alleg. facit l. vendi-
6 trici. de reb. alien.non alie. ¶ † Vltimò facit hæc lex, quòd si
vxor alicuius emit aliquā rem,illa res fit vxoris. Nō obstant
leges dicentes,quòd quicq̄d quærit vxor,præsumitur de bo-
b neant apud colonum,quod dominus ad tributa nō tenetur,[b]
nifi confuetudo aliter fe haberet,vide gl.fuper verbo, fruct[c],
c & eam perpetuo tene menti. [c] ¶Et hoc verum in oneribus
d realibus. [d]†In collectis[e] vero,quæ imponuntur perfonæ pro
2 rebus,eft infpicienda perfona,cui imponitur.l.refcripto.in fi.
e ff.de mun.& hon.& j̃.eo.l.indictiones,& ibi no.& j̃.de mun.
pa. fuper rubri. & fic iftud diuiditur inter hæredes pro hære-
ditariis portionibus,vt in prin.huius legis.

a ADD.¶Ang.Vbi gl.tāgit.Quid de dicimis dicit And,de Baru.quod refpi-
ciunt res,quia dicuntur effe tributa egentium perfonarum.xvj.q.j.c.x.qđ
in tributis feruatu.

b Non tenetur.Adde notabiliter dominum Soc.in confi. 217.incipiente, cir-
ca hanc quæft.ver.vij.hæc conclufio,in fecunda parte.

c Ale.Cafus eft in l.fi fine hærede.§.Lucius.ff.de admini.tut.Adde Bar.ī rep.
l.placet.s̃.de facrof.ec.& in l.priuatæ.j̃.de excu.mu.per Bal.in c.j. ꝑ quos
fiat inuefti. quod etiam intellige dato, quod dominus effet exemptus ra-
tione priuilegij,vel alia caufa,fecundum Ang.in confi.inci.commune ca-
ftri franchi eft vltima,& ibi voluit,quod licet ecclefia nō teneatur ad col
lectas pro fuis poffeffionibus, tamen laicus poffidens dictas poffeffiones
etiam ab ecclefia non gaudet dicto priuilegio ecclefiæ. Contrarium vo-
luit ad literam Bal.in l.j.s̃.de iure emph.vbi voluit,quod emphyteuta te-
neatur foluere collectas,& tributa, quod tamen dicit effe fecus in colo-
no priuilegiato,per l.fi pendētes.§.fi quid.ff.de vfufr.& in fructuario ad-
de tex.per Bal.in l.hactenus.ff.de vfufr. qui tex.licet loquatur in tributis,
Doctores tamen ibi intelligunt etiam in collectis,&datiis.& adde vnum
confilium Bal.quod eft numero 26.quod incipit an mulier,&c. vbi etiam
dicitur,quod fructuarius,& fimiles poffeffores non tenētur ad collectas,
& adde,quod no.Bar.& ibi fcripfi in l.licitatio.§.fi.ff.de pub.



d Ale.Quid aūt in feudatario,an teneatur foluere ipfe collectas, *vide do.
* Ale.de Imo.in conf.25.2.part. *Vide Bal.in c.j.per quos fiat inuefti.& vide
* And.de Ifer.in tit.quæ fint regal.in ver.Angariæ.Quid in emphyteuta co-
lono,vltra hic no.vide Bal.in l.j. de iu.emph, Quid in creditore pignoris.
vide Bal. in l.cum notiffimi. s̃. de præfcrip.xxx.ann. Quid in emphyteuta
ecclefiæ,vide Bald.in l.priuata. j̃.de excu,mu. Item ad hoc vide Bart.in l.
* quæfitum.ff.de vfufruc.leg.*
In emphyteuta.Vide do.Soc,no.in confi.217. inci.circa hanc quæftionem,
ver.hæc conclus.cum verfi.feq.& verfi.v.cōfirmatur,fed quid de illo, qui
habet ad liuellum de viginti octo annis in vigintinouem annos,qui con-
tractus non differt à contractu emphyteufis. verfi. ex quibus omnibus, in
* fine confilij fui in 2.parte.*

e In collectis.Onus collectarum fubit, qui fructus recipit.l. fi pendentes.§
fed fi quid.ff.de vfufruc.Vide Lud.in l.inter quos.§. damni. de dam.infec
Et adde quod pro hoc dicto videtur cafus in l. fi fine hæred, §. Lucius
ff.de admin.tut.

LEX II.

INDICTIONES. Ad onera realia non tenetur quis in plus,
quàm de re poffideat,hoc dicit. Gl.hic dicit quòd t[illegible] ex e ft

genus munerum,quod videbitis plenius in rub.infra,de mu.
pa.super rub.ideo hic aliquid non dico.

LEX III.

1 *Officiales nō possunt remittere collectas,tamē propter paupertatē possunt.*

OMNES PENSITARE. Omnes debēt soluere,quod Prin-
a ceps imponit,&officiales a nō possunt augere,vel diminue-
1 re.hoc dicit.†Nota,quòd officialis non potest remittere col
lectas, siue tributa. Circa quod dic, vt l.fi.§.si quis professus.
ff.de publ. Vltimò not.gl.quæ dicit, ꝙ officiales propter pau-
pertatem possunt remittere,quam glo.no.bene.

a ADD. ¶Ale.Officiales.Officialis propter paupertatem potest collectam
remittere.Idem Bal.in suo tract. de carceribus. per gl.istam hic adde tex.
& ibi Bar.in l.interdum.§.si quis professus.ff.de publ.& scripsi in l.filius-
fam.in princ.de don.Adde etiam de mulcta per iudicem remittenda pro-
pter paupertatem.l.illicitas.§.fin.de off.præ.& Bartol.in suo tract.de iud.
& quod dixit Bald. in l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis cau. vbi dixit per
hanc glo.& per cap.licet.de censibus, quod si statutum dictat appellanté
debere soluere gabellma,alias appellatio sit deserta,quod non habeat lo
cum in illo,qui appellat,& propter paupertatem nō potest soluere, quia
dicitur ei remissa gabella ipso iure à statuto, & ita dicit de facto obti-
nuisse.Sed quid si remissa est mulcta per officialem, & postea peruenit ad
pinguiorem fortunam, an teneatur soluere? Videtur quod sic, per id, qđ
habetur in §.fin.Inst.de act.Contrarium determinat gl.& ibi Bar.in d.l.il-
licitas. §. fin. & sequitur Are. in l.2.ff. quis & à quo. & adde etiam vnum
quod dixit Bald.in l.acceptam, ŝ.de vsur.quod si ex forma statuti,non sol
uens gabellam ex contractu, contractus eius sit nullus, quod contractus
non annullabitur,si non potuit soluere propter paupertatem.Et in mate-
ria adde Innoc.in c.ex ratione,de ap.vbi dixit, quod paupertas excusat à
prosecutione appellationis,& sic non currant fatalia,quod sequitur Bal.
in d.l.acceptam,in xxiij.q.contrarium tenet idem in l.fin.ŝ.de condi.inser.
per gloss.in l.cum ita,in princ.la seconda, de condi.& demon.Item adde
Angel.in l.non facile, si cui plus quam per l.Falcid.vbi remittitur reo cau
tio de expensis in causa reconuentionis propter paupertatem, ad quam
alias tenebatur ex forma statuti.

LEX IIII.

1 *Munus ordinarium est,quod à lege imponitur.*
2 *Fidelis,& deuotus dicitur,qui tributa soluit.*

OMNES. Omnes coguntur soluere publicas functiones,cū
non sit munus extraordinariū, & ab eo nemo excusatur. Ad
euidentiam scias, quòd si alicui conceditur excusatio à mu-
neribus, non porrigitur ad munera ordinaria, sed extraordi-
1 naria.hoc præmisso casus est planus.†No.quòd munus ordi
narium est, quod à lege imponitur, vt hic dum dicit.l.nostra
2 signatum est,&c. †Secundò not. quòd ille dicitur fidelis, &
deuotus,qui tributa soluit.

LEX V.

1 *Comitatenses,qui plus distant,minus grauantur.*

PRO LOCIS. Qui plus de fructibus colligit, plus soluit: q
minus,minus.hoc dicit hæc no.lex. Quæro, quid est hoc di-
ctum,pro locis?Glo.exponit,id est,pro magnitudine locorū.
quasi dicat,ille,qui possidet magna prædia, plus debet porta-
re, quàm ille, qui possidet parua. & intellige magnitudinem
respectu reddituum,vt l.fin.supra,de allu.& palu.iuncta l.j.de
eui.& l.cum possessor.ff.de censi.Quæro,dicitur hic proximi
tate,quid est hoc dictum?gl.dicit,quia sunt prope limina,hoc
vult dicere,vt illi qui sunt prope limina, qui minus grauātur
in expensis itineris,plus grauantur in portando annonam, &
illi,qui magis distant à liminibus, quia plus grauantur, in ex-
1 pensis itineris releuētur, vt minus portent annonam,†quòd
est no.pro grauaminibus,quę tota die inferuntur comitaten-
sibus,vt minus grauentur,qui plus distant, vt sic ab onere iti-
nerum releuentur, nunquam tamen quis cogitur exire pro-
uinciam,vt infra eodem.l.nemo.

ADDIT. ¶Ang.Allegatur iste text. quod si sit guerra in aliqua prouincia,
propter quod sit oppressa victualibus,& in alia sit fertilitas,& abundan-
tia,quod ex illa, in qua est vbertas debent victualia ad aliam portari. Fa-
cit C. de of. præfec. præto. Afric.l.in nomine domini, ibi postquam lectis
auxilium præbeant, & quia tempore necessitatis omnia debent commu-
nicari.ff.ad legem Rhod.de iact.l.2.§.sed & si. & in d.l.in nomine domini.

LEX VI.

IN FRAUDEM. Rescriptum, in quo immunitas concedi-
tur à muneribus ordinariis non valet. h.d. De hoc videtur in
l.vacuatis.j.de decur.

LEX VII.

NEMO. Ad operandum,vel ad portandum non debet quis
longius mitti,sed debet ratio itineris haberi.hoc dicit.In tex.
ibi, ad instruendas, id est, reficiendas, seu de nouo faciendas
mansiones,vel castra.In tex.ibi,conferendas, id est,portādas.
In tex.ibi, delegentur, id est, mittantur. Quæro,quid est hoc
dictum longius?dicit glo.extra prouinciam,quod facit ad id,
quod not. in l.item illa. ff. de consti. pecu.videlicet, an credi-
tor, & debitor sint eiusdem fori, vel non, & ibi Guliel.alleg.
istam.Vel dic longius,quando expensa itineris est maior,quā
sit valor eius pro quo vadit,vt j.l.proxi.Illud autem, quod in
fin.dicit,habita ratione itineris. expone, vt supra eod.pro lo-
cis.& illud quod dicitur hic,necessitatis,intellige,quando ali
ter fieri non poterit,etiam longius mittitur.

LEX VIII.

1 *Tutori non imputatur si non exegit debitum, in quo oportebat eum plus expendere.quam id quod perciperet.*
2 *Idem si non fecit inuentarium,quando plus expenderet in eius confectione quam esset vtilitas.*
3 *Breuiores lites dicuntur,quando plus expenderetur in scripturis,quàm sit valor causæ.*
4 *Testes non debent citari ad locū iudicij, quando plus expenderetur in eundo,quàm sit valor causæ,sed tunc iudex delegat examinationem.*
5 *Recursus ad superiorem non potest haberi, quando plus expenderetur in habendo recursum,quàm sit valor causæ.*

MEDITERRANEAE. Non est faciendum id, in quo plus
expenditur,quàm de commodo percipitur.hoc dicit.Ad eui
dentiā scias, quod mediterraneæ ciuitates dicuntur illæ,quæ
sunt propriè in terra multum distantes à mari. Ciuitates ma-
ritimæ dicuntur illæ, quæ sunt prope mare. Item scias,quod
antiquitus erat consuetudo, ꝙ ciuitates mediterraneæ mit-
tebant annonas ad fortilicias,& exercitus, qui erant iuxta ci
uitates maritimas. Et econtra ciuitates maritimæ,mittebant
ad mediterraneas, & sic plus expendebatur in portando,quā
valeret id, quod portabatur, ideo princeps prohibet hoc fie-
1 ri.hoc præmisso ista lex est clara. ¶†Not. quod dixi in sum-
mario,& facit ad multa. primò,quòd non imputatur tutori,
si non exigit debitum in quo oportebat eum plus expende-
a re,quàm idem perciperet.a Vel si non refecit domum,in qua
b plus expendisset,quàm valeret. b ¶†Et si non fecit inuenta-
2 rium eo casu,in quo plus expenderetur in confectione eius,
quàm esset vtilitas, vt l.tutor qui repertorium, in princ. ff.de
3 administra.tuto.†Item ex hoc potest dici quòd illæ dicātur
breuiores lites, in quibus debet procedi sine scriptis, & sum-
c mariè. c ¶†Item iudex non debet facere citari testes ad lo-
4 cum iudicij. quando tm̄ distat, quod plus expenderetur in
adeundo,quàm sit valor causę,arg.huius l.sed tunc iudex de-
bet delegare examinationem. l.generaliter. §. his de præsen-
tibus.ŝ.de iureiuran. & de fide instrumen. authen. apud elo-
5 quentissimum. ¶†Item facit,quòd si in habendo recursum
ad superiorem expenderetur plus,quàm sit valor causæ,tunc
non dicitur posse haberi recursus. ¶Et sic represaliæ possunt
impetrari, quod plenè examinaui in tractatu, quem feci de
represaliis.

a ADD.¶Ale.Not. Hic,quod si debeo tibi tributum, debeo portare ad do-
mum tuam meis sumptibus.Adde hoc no.in l.pro locis.ŝ.eo.&Bal.in l.ac-
ceptam.in xij.quæstio.ŝ.de vsur.quod no.Bar.in l.item illa.de const.pecu.
& vide ŝ.l.proxi.Circa hanc l.vide quod no.Ant. de Bu.in c.2.de dilat.vbi
ponit de eo qui equum posuit in hospitio.
Alex.Vide omnino l.sed an vltro.ff.de neg.gest.
b Alex.Vide Ang.in l.si vacantia,de bon.vac.
c Ale.Et summarie. Vide Pet.de Suza.in l.sed si susceperit.§.si libertus.ff.de
iud.& Spe.in ti.de fur.ver.sed quid sin autem.& de lib.concep.§.x. vers.3.
in auth.nisi breuiores.ŝ.de senten.ex breui.reci.id est, quando plus expen
ditur in scripturis,quam sit valor causæ. No.& intellige hoc verum si po
natur, quia si postea non concederetur, iusta esset appellationis causa.c.
cum causam.c.j.& ita ibi firmat dom.Pet.de testa.facit l.cum post.§.& ta
men.de app.& c.ante.ver.2.q.vj.c.constitutus, de fideius.c.statutum.§.fin.
de rescr.in vj.idem firmat do.Pet.in c.finem litibus. vbi bonus tex.de do-
lo,& contu.facit c.vt litigantes,de off.ord.in vj.

LEX IX.

1 *Emphyteuta,& similes,si non soluunt tributa,à domino exigitur,& dominus potest emphyteutam suo iure priuare.*
2 *Possessor infra sex menses potest moram purgare.*
3 *Non percipiens fructus in defectum possessoris,tenetur ad tributa.*

a OBSISTERE. Legitur tribus modis. a Secundum primam
lecturam hoc dic. Si vtiliter dominus intra tempus hic sta-
tutum non soluerit tributa,dominio priuatur,& ad habentē
directum dominium reuertitur, hoc dic. Secundum aliam
lecturam hoc dic. Si exactores intra tempora hic statuta non
soluunt

a ADD.¶Ang.Prẹmitto ad euidentiam huius legis,quod no.gl.in l.2.in ver
bo,prẹstiterit ŝ.de iur.emph.Diuiditur in duas partes.Et primo ponit di-
ctum in genere.Secundo declarat in specie.Secunda ibi,vnde vt quisquā.

soluunt fisco,domini repetunt ab eisdem.h.d.ista lect.nō placet. Nam tex.hic loquitur de his,qui recipiunt emolumenta de prædiis, exactores non recipiunt à prædiis principſr, ſed à poſſeſſoribus,q poſtea ſoluentes ſunt ſecuri.l.2.j.de apo.pu. & ſic nihil hñt facere cum exactoribus,ſed fiſcus hẽt ab ipſo exactore recepta exigere,vt j.tit.3.l.pen.ſm 3.lect.h.d.Si emphyteuta,vel ſimiles,intra tpa hic ſtatuta non ſoluunt fiſco,à
1 domino exigetur.h.d.¶†Quæro,q̃ eſt verior lect.gl.vř tenere iſtam lect.dum dicit,vel verius. Vel coniunge vltimã cum prima hoc modo,emphyteuta,& ſimilibus non ſoluentibus exigitur à dño,& dñs poterit emphyteutam ſuo iure priuare. Hæc lect.approbatur in ſimili,in l.hoc amplius.§.fin.de dam.
b inf.& ff.de noxa.l.ſi noxal.l.hæc gl.vlt.videtur eam tangere.*a*
2 ¶†No.ex lege iſta,quod poſſeſſor poteſt purgare moram intra ſex menſes. Contra iſtud op.gl.j.de ero.mi.an.l.5.Sol.hic quo ad priuatum,ibi quo ad fiſcum.vel dic quod alio caſu lo
3 quitur ibi.¶Opp.j.ti.3.l.fi.Sol.vt ibi dicam. †Secundò no.ꝙ etiam ille,q fructus non percipit,compellitur ad ſolutionem tributorum,ↄ̃ s.e.l.1.Sol. non compellitur ſm regulam ordinatam,ſed condictione ex lege iſta,in defectum poſſeſſoris,q
b percipit fructus,& non ſoluit,tene menti hanc leg.*b*

a ADD.¶Ang. Tangere.Sed nunquid ſua authoritate poterit hoc facere.gl. in l.2.s.de iu.emph.dicit qđ ſic.tñ melius faceret,ſi p iudicem fieri faciat, qa alias eſſet periculoſum.patet quia emph.hẽt ius in re,& poſſidet,licet in colono ſimplici poſſit,quia non hẽt ius in re.ff.loc.l.non ſolet.hoc ẽt qdã moderni tangunt,vt tangit Cy.in d.l.3.q.2.*Facere.Vide tu late, & no. p d.Soc.conſ.167.inc.non inutilis,ſed neceſſaria.ver.cõfirmãtur pręmiſſa, & ver.circa primam plures.cum verſi. ſeq.vbi etiam quibus actionibus,& remediis breuioribus,&magis ſummariis poſſit per dominum expelli ibi, in ver.circa tertiam q prin.cum ver.ſeq.& an requiratur libellus ſolennis, aut qualiſqualis petitio,ibi in ver.via autem breuiter.Et an &quando pro eius expulſione impetrando officium iudicis requiratur citatio,&coram quo ibi,in ver.2.an in tali impetratione cum ver.ſeq.

b Ang.¶In gl.in verbo dignitatem. Et per hoc not.quod eccleſia tenetur ad tributa,quod concedit Pet. etiam de iure iſto,per l.placet.s.de ſacroſ.ec. & l.ſacro ſanctæ,vbi ponit ſpeciale priuilegiũ illus eccleſiæ,ergo in contrarium eſt ius commune.De hoc per Cy. in d.l. placet.in q.j. ¶Quantum tempus debeat eſſe ceſſatum à ſolutione tributorũ,vt bona poſſint vendi. gl.Cyn.& Bal.in l.j.s.ſi propter publ.penſi.

LEX X.

1 *Iudici negligenti non debetur ſalarium ſaltem p eo tpe,quo fuit negligens.*

a IVDICES. aiudicibus negligentibus totum ſalarium aufer-
1 tur.h.d.†No.hic contra iudicem negligentem. & ſic videtur caſus de illa q.quam Io.de Aret. ponit in l.quid autem,de excuſ.tut.& l.Meuia.ff.de ann.leg.& l.qui negotiationem.§.j.& §.pe.ff.de admi.tut.videlicet,quod iudici delinquenti non debeatur ſalarium.quod intellige,quando iſtud delictum negligentiæ reſpicit vniformiter, & concernit totum tempus officij,aliàs pro eo tempore quo negligens nõ fuit,ſibi ſalarium debetur.l.ſi fundus.ff.loca.dixi in d.l.Meuia.§.j.& dic hoc ſpeciale ppter magnum periculum,quod vertitur in negligẽdo exigi tributa,qa publicæ neceſsitates expediri nõ pñt,in l.ob ſiſtere.s.eo.& in auth.vt iudi.ſine quoquo ſuffra.§.oportet.

a ADD.¶Alex.Iudices.Adde Bart.in l.Męuia.in prin.de ann.leg.& in l.diem functo,de offic.Aſſeſſorum.

LEX XI.

1 *Compoſitiones pro tributis ſunt ſeruandæ.*

ID AB VNA. Compoſitio facta cum ſubditis de tributis,ẽ ſeruanda. item Theſſalonicenſis eccľia habet immunitatem, dum tñ extranei eccleſiæ ipſius ptextu à præſtatione non fugiant,localis lex eſt.Ad euidentiam ſcias ꝙ erant qdam puinciæ in Græcia,quæ debebant ſoluere tributa ſm quãtitatem reddituum,qui percipiebantur ex prædiis,propter quod mittebantur officiales ad inueſtigãdum redditus, ex quo illi poſſeſſores multum grauabantur,vnde venerunt ad compoſitionem cum præfecto illarum prouinciarum, ꝙ ſoluerent medium aureum pro quolibet capite, & hoc fecerunt Macedonij,& iubet hoc eis ſeruari. Aliæ prouinciæ, q̃ ſe non compoſuerunt,exigantur ad ſimilitudinem Maced.quædam aliæ cõ
a poſuerũt ſe pro tertio aureo,& eis eſt ſeruanda.*a*Cætera ſunt
1 clara.¶†Not.ꝙ dixi in ſummario, ꝙ iſtæ compoſitiones pro
b tributis ſunt ſeruandę.*b*ex fine no.ar.ↄ̃ clericos,& ſcholares, vel alios habentes immunitates à gabellis, qui prætextu eo-
c rum alios excuſant.*c*Quæro,quę medietas eſt iſta,q̃ ſoluebaẽ dixi ponẽdo caſum,medietas aurei.iſta eſt opi.vera. Alij dñt medietas eius,ꝙ ante ſoluebatur,ꝙ non placet,qa ita erat neceſſaria inſpectio poſſeſsionum, & fructuum pro medietate, ſicut p toto.Deuentum eſt ergo ad medietatem aurei, reſpectu capitum, non reſpectu fructuum, vel alio quocunque modo,dummodo quo ad fructus non habeatur reſpectus.

a ADD.¶Alex.Seruãda.Ex hoc colligo arg.cum fit æſtimatio pp collectas, eſt credendum aſſertioni cuiuſque, nec propterea eſt mittendus qui eorũ facultates æſtimet,arg.s.de bo.va.l.fi.Not.ppter paupertatem debentis* ſoluere tributa poſſe fieri cũ eo cõpoſitionẽ,facit in auth.vt iud.ſine quo. ſuffr.§.eos.& hoc not.gl.s.eo.l.3.Et ſic facit p tutore, & curatore,vt poſſint ſe cõponere cũ debitorib.pupillorũ pauperib.vt minus ſoluant,nõ obſtante ꝙ debitũ ſit liquidũ,& hoc mõ limitaẽ l.pactũ curatoris.C.de pact. q̃ dicit tutorẽ, vel curatorẽ pupilli nõ poſſe debitũ pupilli gratis remittere,quia intelligo vbi debitor eſt ſoluendo,ſed vbi pauper eſt,põt ſe componere p parte,& facere remiſſionem de toto,ar.huius legis.faciet tñ debitor in inſtrumẽto qetationis apponi, & inſeri cauſam, quare pro parte recepta tutor,vel curator eum liberauerit à toto,alias non valeret,vt no. in l.j.j.de apo.pu,& ibi poſui.Propter paupertatẽ. Adde qualis paupertas requiratur ad hoc,vt procedat ꝙ dicitur,gl.in l.omnes.s.eo.quam ad hoc alleg.Bald. in auth.de functo.s.ad Tertu.refert,& ſequitur Gerar.de Petraſancta,ſing.ſuo 73.inc.pauperes.

b Ang.¶In tex.ibi,expertẽ.No.ꝙ põt fieri compoſitio de functionib.& aliis tributis, & ſic facit p presbyteris parochiarũ, vt poſſint ↄponere cũ ſuis parochianis ſup ſolutiõe decimarũ.In tex.ibi,inſpector accedat.no.ꝙ dr̃ qs grauari,ſi vadit aliquis ad inſpiciendum fructus ſuę poſſeſſionis,& ſic facit,qđ ſi imploratur bonorũ meorũ deſcriptio ſine cã,qđ iudex nõ dẽt hoc facere,qa ex hac deſcriptione ego grauor,& hic eſt caſus, p quo in l. j.§.ſi oẽs.de vent.inſpi. Si vero fieret cum cauſa,tunc eſt facienda,vt s.de iure fiſc.l.facultas.In tex.ibi,in perpetuum,not.ꝙ cum fit compoſitio pro annuis pſtationib.vel tributis certo mõ ſoluendis, qđ intelligiẽ fcã in perpetuum,ſi ſimpliciter facta eſt , & ſic presbyteri parochiarum ſe componentes cum parochianis ſuper præſtationem, decimarum, quouſque erũt presbyteri,non poterunt vltra modum compoſitum decimas petere.

c Ang.¶Et ſic no.ꝙ prætextu liciti nõ dẽt fieri illicitum,vt l.qui ſub ptextu. s.de ſacroſ.ec.qđ facit ↄ̃ clericos q hñt priuilegiũ, vt morantes in ſtudio hẽant fructus pbendarũ,& percipiant,qđ ſi non intrãt ſcholas nõ debeãt
* habere,vt no.in d.l.q ſub prætextu.*¶Adde Corſet.ſing.in verb.gabella.j

¶De indictionibus. Rub.

¶ Super rub.iſta quærit gl.quid eſt indictio.dic vt in ea,& ex ea fit connumeratio indictionis,quæ fit hodie in inſtr̃is.item ponit gloſſ.qualiter fit connumeratio annorum domini per diuerſas ſectas,quod dic vt in ea.

LEX I.

1 *Priuilegium immunitatis non porrigitur ad munus ordinarium.*
2 *Lex,vel ſtatutum poteſt facere, ꝙ munus extradinarium ſit ordinarium.*
3 *Item quòd collecta ſit munus reale,licet imponatur perſonæ pro rebus.*



MNES. Indictio,munus ordinarium eſt, & iõ ab hac indictione nõ excuſantur,q à muneribus excuſationem habent.h.d. Ad euidentiam ſcias,qđ ego dixi tibi in l.omnes,s.ti.j. Hoc pmiſſo text.eſt
1 clarus.†Not.quod priuilegium immunitatis non porrigitur
2 ad munus ordinarium,ſed extraordinarium. ¶†Item not.ꝙ per l.poteſt fieri ordinarium , quod primò erat extraordinarium.facit ꝙ p ſtatutum poſſit fieri, vt collecta ſit munus or-
3 dinarium.¶†Item quod ſit munus reale,licet de iure imponantur perſonæ pro rebus, vt no.in l.indictiones.s.tit.1.& l. reſcripto.ff.de mu.& ho.dicam j.de mu.pa.in rub.

a ADD.¶Ang.Nota in litera huius legis caſum,in quo exigitur ſcriptura,& ſic eſt argumentum,quod ſi archidiac.mittit literas clericis,quod ſoluant collectam, non tenetur ſoluere , niſi literæ in indictione epiſcopi fuerint confirmatæ,& vide quod poſui in l.1.j.de apochis public.

LEX II.

a PARTICVLARI.*a* Gl.conſtruẽdo iſtum tex. ponit caſum, & breuiter hoc intendit, Ante tempus ſolutionis debet ſingulis prouinciis notificari , vt ſe præparent ad indictionẽ ſoluendam.h.d.Gl.declarat iſtam lect.dic,vt in ea.Not.verſum, nam leuius lædit quicquid præuidimus ante, vt s. de manu.l. 1.& in auth.de colla.in pr.Not.modũ notificandi indictiões.

a ADD.¶Ang.De hoc.Vide ſupra,de manu.l.1.& in auth.de coll.in prin.

¶De ſuperindicto. Rub.

a ¶Super rubrica quærit gl. quid ſit ſuperindictum,*a* dic, vt in ea breuiter illud , quod ex cã neceſſitatis imponitur extraordinariè,ſuperindictum dicitur.

a ADD. ¶Alex.Quid ſit ſuperindictum,ponit Bal,in l.fi.ſine cen.vel reli.per hãc legẽ determinat Ray.de For.ſi conceſſa eſt immunitas alicui à collectis,ꝙ illa immunitas extenditur ad collectas pp guerras,& idem tenuit Fulg.l.ſi ex toto.& ibi Ray.de leg.1.ſed cõtrarium tenuit Dy.l.1.vt nemini liceat ſe excuſare.de quo vide per do.Ang.de Aret.in d.l.ſi ex toto.

LEX VNICA.

1 *Non credit̃ dicenti,ſe aliqd facere mãdato ſuperioris,niſi oſtẽdat literã.*
2 *Solus princeps ob vtilitatem publicam poteſt collectam imponere.*

NIHIL. Superindictum solus Princeps imponit, nec ad alterius literas quis cogitur exoluere.h.d.&est bona lex,& ponit
1 practicam pulchram,no.q non est credendu literis alicuius dicentis se hoc facere mandato superioris,nisi in ipsis inseratur licentia,siue literæ superioris,vt ibi du dicit, & Imperialibus nexa præceptis.Canonistæ tn dnt,qd Cardinalibus,& q.
a busdam præcellentibus creditur,et si literas non ostendant,a nec habere se dicant:tn est ɔ istum textum, vbi non creditur
b etiam præfecto prætorio.b †Secudo no.quod videtur tex.
2 quod solus Princeps possit collectas imponere,quod est verum pro publica vtilitate,sed pro necessitate ciuitatis,vel prouinciæ ipsa ciuitas imponit,&cogitur imponere, no.ff. quod cuiusque vni.l.j.§.fi.gl.super verb. proconf.dixi in l.4.§.actor. ff.de re iudic.& ibi plene dixi,an debeat imponi per solidum, & libram,vel per capita,vide quod ibi dixi.

a ADD.¶Alex.Non ostedant.Item dicit Bar.in l.2.ff.si qs in ius voc.non ier. alleg.c.præterea.de dila.& vide Lud.in l.sciendu,de ver.obl.& l.si publicanus,§.j.de publ.vbi alle.plures concor.& Bar.l.prohibitum,de iu.fisc.& in l.palatinos,J.de colla.fun.fisc.libr.n.Alex.¶Adde qd iste text.non probat dictum Bar.hic,qm tex.hic loquitur in his,q erant reseruata principi,puta q.a q.s dicebat se habere talem permissionem à principe, non est dubiu qd non creditur,sine literis,& maxime,qn certaret de præiudicio alteri⁹, fm Ang.in cons.130.& Pet.de Anch.in cle.j.de prob,in ver.fic.2.qrit vtrum credatur,qd tn intelligunt per Bal.in l.exemplo.s.de prob.ad fi.Sed qd n credatur Car.si mittitur in legationem de sua legatione,sine literis,hoc e falsum fm quod volunt fere oes Doc.in c.quod super his. de fide instr.de qua tn q.in c.sicut.per gl.de sent.exco.& in c.Apostolicæ,de re iud.in 6.& c.cum olim essent,de priui.per Spec.in ti.de leg.§.superest.ver.q.d si dele. in ti.de teste.§.j.vers.quid si aduocatus,gl.& Arch.c.nobilissimus,97.dist. per Inn.in c.cum dilectus,de appellatio.per Io.in c.ad audientiam.de sen. excom.& c.consti.de app.& c.2.de offi.del.in 6.plene per Pet. de Anch.in cle.per Lap.alleg.15.& 34.& per Bal.in l.si qua per calumniam, de episc.& cle.& in l.iurisiurandi.de testi.& i l.j.de man.prin.& in l.aliquando,de of. procon.& in l.prohibitum.s.de iure fisci.vide Ro.in litera,t.no.11.
b Alex.¶Præfecto prætorio.Adde et,q reges imponunt,vt in c.j.q sint reg. Item qui habent ex consuetudine ius collectandi.Bald.l.fi.s.si sine cen.vel reliq.Item illi,quib.concessit merum, & mistum imperium,& omnimodā iurisd.fm Alb.in l.imperium.de iur.om.iu.vbi plures alios alleg.Item illi q sunt loco dni,vt priores ciuitatis.Bar.in l.placet,de excu.mu.eo.lib.Adde Ray.in repe.l.rescripto.§.sciendum.ff.de mun.& hono.ver.nunc restat videre,& vide quod dixi post Bar.in l.4.§.actor.de re iud.

¶De exactoribus tributorum. Rub.

LEX I.

1 *Grauatus,vt soluat collectas,vel tributum,potest dicere exactori,quòd sibi ostendat quaternum,an sit ibi descriptus.*

DVCENNARII. Exactores non debēt exigere,nisi eos,q in breuib.ɔtinentur,seu exactis à tabellario sibi datis. h. d. De officio illorum tabellariorū
a vidistis in l.2.de iur.fis.a †No.qd ille,q e grauat⁹,
1 vt soluat collectas,seu tributa,pōt dicere exactori, ostende si sum descript⁹ in quaterno,& si ibi nō reperit,iniustè grauat.

a ADD.¶Alex.Fisci.de materia adde an exactor tributorum possit officium suum alteri ɔmittere,& delegare,dixi de c.largi.ti.j.l.j.post Bar.Item no. q exigenti tributa nomine fisci non pōt obiici compensatio, nec ipsi,nec fisco,vt est tex.no.in l.3.de compensat.& in l.aufertur,§.si ɔpensatio,ff.de iu.fisc.& ibi habes plures casus in quibus fiscō non obiicit cōpensatio.q.a idē dicas in sacerdote exigente decimas,fm gl.singularem.16.q.j.decimæ. Alex. ¶Not. debitorem tributorum non posse conueniri anteq. hoc fiat à tabellione.Item no.nihil exigendum vltra id,qd debetur, vt s.de anno.& trib.l.oēs.Item not.qd exactores non possunt pignorare aliquem,nisi habeāt bullettinum.In tex.ibi,breues,no.modi loquēdi.Scriptura.n.tabellionis breuem appellat,de quo in l.inter chartulas.s.de conue.fisc.debi.Item no.istū casum,qd aliquem non soluisse collectā,vel tributum,probatur p librum exactoris, in quo sunt descripta omnia nomina debitorum q non soluerunt.Pro hoc etiam videt casus in l.iustum s.de eden.facit l.Sempronia libellos,de fur.&vide in l.fi.ff.de rebus eo.Ang.Et per hoc ego dico,q ista negatiua,ostendas librum,q non sum descriptus in libro,cum sit coarctata ad certam scripturam,est probabilis, & incumbit onus probādi illi, q ita negat per istum tex.Idē bonus tex.in l.cum lege.de prob.& idem firmat Bar.in l.ei qui.in fi.s.de app.vbi fi dico,quod sententia est nulla, q.a n fui citatus,&volo probare per inspectionem actorum qd possum,& mihi incūbit onus.De quo adde no.p Bal.in l.actor,s.de prob.& Io.hoc iure.& l.hoc iure & l.in illa.de ver.ob.& Host.& Doct.i c.bonæ,d ele.bon⁹ tex.in ca.6.de cler.nō resid.vr ibi ista negatiua,qd qs non resederit in beneficio, probat per diligentem inquisitionem in loco factam,vbi residere debet.

LEX II.

1 *Carcerari quis non dēt pro debito publico,neque nouitates in personā pati.*
2 *Executio pro debito publico primo fit in persona,secundo in bonis.*
3 *Detineri quis non potest pro debito priuati,donec bona sunt soluendo.*
4 *Mulier etiam pro debito publico non potest detineri.*

NEMO CARCEREM. Primo prouidet debitorib.exactis ɔ officiales. Secundo prouidet ɔ ipsos debitores non soluentes.Tertio ponit rōnem. Secūda ibi,vel certè. Tertia ibi.qua facultate.Prima pars cōtinet duplicē prouisionem.phibet.n. iniurias inferri debitorib.Scdō eis permittit,qd de iniuriis qrelam exponāt securè corā psidē.in secūda parte similiter ponitur duplex puisio.Priō qd debitores ɔtumaces capiant,& custodiant à familia.Scdō si hoc n sufficit, capiātur eorū bo-
a na,& de hoc fisco satisfiat.tertia pars est clara.a †No.q p de-
1 bitis publicis non dēt qs poni in carcerib.neq; nouitates aliquas,vel insolētiā aliq pati in psona.Et sic no.ɔ iudices,q pci-
2 piūt ne dēt eis bibere,nec comedere,donec soluāt.¶†Scdō no.q pro debito publico pnt hoīes capi,& detineri.Istā māmi
b examinaui plenè in l.sacrilegij.§.fi.ff.ad l.Iul.pec.b Tertiò no. q primò capitur persona.Scdō deuenit ad res,& istud ɔ text. vr i d.l.sacrilegij.§.fi.sed forte iudex poterit eligere hūc ordi
3 nem,vel illū,put visum sibi fuerit.† Pro debito verò priuati vr,q persona nō possit detineri, donec bona sunt soluendo, vt l.3.§.tutores,& ibi gl.ff.de suspe.tu.sic dēt itelligi l.j.s.q bo.
4 ce.pos.† Mulieres et p debitis publicis detineri non possunt
c in personam,vt l.1.de offi.diuer.iud.& auth.ibi posita.c

a ADD.¶Alex.Clara.Quot remedia habet fiscus ɔ nō soluentem tributa,& quo tpe,vide Bal.in l.j.s.si propter pub.pensi.Istum text.allegauit Bal.in l. fi.ff.de in ius vo.qd illud,qd dr,quod luit in corpus,qui non hēt in ere,vt procedit vbi illud,quod erat soluendum, veniebat ex pœna delicti, secus si ex contractu,per istum text.secundum eum.Adde Iac.Bu. hoc idem tenentem in l.si quis id qd.de iur.om.iud.per l.j.& totum tit.s.qui bon. ced. pos.& adde Inn.in ca.Odoardus,de solu.¶Not.ɔ iudices,qui præcipiunt, quod non detur cibus,neque potus carceratis, donec soluerint debitum, adde Ang.idem tenentem per l.si victum.ff.de re iud.Et adde Bart.in trac. de q.in ver.sed quid de tali q.Item ver.2.no.ibi ad l.Iul.pec.& in l.consentaneum,s.quomodo,& quando iud.& per Ang.hic,& per Bar.in l.2.de cu sto.reor.per Aret.institut.de act.in §.si.
b Alex.Idem not.Ang.hic.& Bal.ɔ.in l.j.s.qui bo.ced.pos.¶Not.adde quod id,quod dr,q mulier non potest capi pro debito tam publico, q priuato. nam idem tenet gl.l.sed & is,q. ff.de in ius vo.fallit in muliere obligata p administrationem tutelæ,quæ priuilegiis suis renunciauit,iuxta auth.ma. & auiæ,qn mulier tu,of.fun.po.nam et priuilegio d.l.j.& auth.nouo iure, dr renunciasse,& per consequens carcerari pōt, secundum bar.in d.auth. & in l.si quis sub conditione,ff.de test.tu.Item fallit in muliere meretrice, & inhoneste viuente,quæ laqueis,& priuilegiis legum non innodatur,l.q adulterium.s.de adul.Ita no.voluit Bal.in l.ɔsentaneum,s.quo,& qn iud. arg.tex.in auth.de resti.& ea,quę parit.collat.5.§.fi.quod intelligit verum Rom.in l.si vero,§.de viro,sol.mat.in 3.fall.nisi talis mulier inhonestæ vitæ esset nupta ij.no.per Io.An.in add.Spe.in rub.de iniuriis, arg.l.si vxor. §.j.ff.de adul.vbi optima litera ad hoc,quæ vult, quod ita dicatur cōmisisse adulterium , qui vxorem alterius inhoneste viuentem cognouit, quàm q eam,quæ honeste viuebat,& hoc p p maritum,qd est summè notandū.
c Ang.¶No.ex isto principio coniuncto fine,qd duplex est carcer.Vnus pœnę,de quo loquitur principium huius legis,& l.3.de cust.reo.Alius custodiæ,de quo loquitur finis huius legis,& l.fi.de cust.re.s.& ff.Est & alius q vocatur carcer pœnitentiæ,quo vtuntur episcopi,& prælati,ɔ presbyteros,& subiectos alios quoquo mō peccantes.In tex.ibi,oēm substantiam. No.q pro debito fiscali non solum potest quis carcerari, sed etiam ipsius carcerati bona principaliter vendi,& distrahi pro communi,iō fiscus hēt optionem vtrum velit prius debitorem carcerare, an ad bona peruenire, vt hic,quod intelligo in debitore tributorum,vt hic.ɔ alios vero debitores ex aliis causis forte esset necesse q prius deuenietur ad bona,quàm ad carcerationem,vt l.sacrilegij,la secunda.§.fi.ad l.Iul.pecu.¶Et faciunt ad q.dicit statutum quod vigore debiti confessionati,quilibet debitor possit capi,& detrudi in carcerem,an si debitor ex instrumento confessionato e detrusus in carcerem,ipso existente in carcere possit creditor de suis bonis facere sibi satisfieri,& hic est tex.q sic.Nam per remedium incarcerationis non tollitur creditori potestas petendi se mitti in possessionē bonorum debitoris,vt est casus in l.qui legati.s.vt in posses.lega.& l.j.§.ex hoc. ver.sed finge.ff.de ventre inspi.quos tex. allegat ad hoc Arch. extra de eo qui mit.in pos.cau.rei ser.in rub.Item faciunt ad q.quod si fm formam statutorum permittitur alicui facere incarcērari debitorem,& mitti in possessionem suorum bonorum prout est Perusij, q creditor possit petere, q debitor carceretur etiam antequam deueniatur ad remedium mittēdi in possessio.In gl.quæ incipit,non ergo,ibi,vel verius.Not.bene ex ista gl.qd §.si vero,in auth.de exhib.reis,vnde sumitur authentica,ei qui.s.de bo.authori.iud.pos.hēt locum non solum in priuato, verum et in fisco,vt possit petere se mitti in possessionem bonorum debitoris sui,pro mensura debiti declarati tantū,& non in plus,sicut in priuato seruatur.Item not.quod homines non pnt capi pro debito,si tn cessant, pnt poni sub custodia militari.Item no.hic fm vnam lect.qd quilibet et priuatus pōt sua authoritate carceratos ex iniusta cā extrahere,& solutos dimittere,et forte ex violentia iudice remittente,maxime si soluerunt id,pro quo detinebantur,argum.s.de iure fis.l.prohibitum,& de meta.l.deuotum,vt J.de decur.l.oēs. in fi.Item no.quod qui non facit quod debet,dicit alienus ab humano sensu.Item no.quod contumacia cumulat pœnam. ff.de pœnis.l.relegati,ex. vt lit.non contest.c.quoniam.§.fi. Item no.quod sit officium iudicis cōtra non soluentes collectas,quia si contumaces existent,ponuntur sub custodia,& si pseuerant in non soluendo,extendetur manus ad res ipsorum,vt hic,& l.4.J.eo.dixi s.fm And.de Baru.tangam J.tit.2.l.2.in fi.Item not.qd ideo pœna imponit,vt hoīes metu pœnæ magis efficiāt metuētes,& obedientes

dicentes,vt ff.de iust.& iure.l.j.in prin. ¶Quotuplex sit carcer,vide Ange. Aret.tract.maleficio.verb.carcerari iussit.Card.clem.j.de hæreti.
Alex.¶Per hanc legem,vide Ang.dicentem,ꝙ habens primum decretũ in bonis,potest renũciare bonis,& facere capi debitorẽ personaliter, & ꝯ. tñ hoc fuit elegans dictum Bar.in l.ꝯsentaneum.s̃.qũo, & qñ iud.& istud secutus fuit Ang.hic,& idẽ voluit Paul.de Cast.in l.2.de tes.mi.de quo vide do.meum in l.si finita.§.Iul.de dam.infect. Alex.Pro debito non debet quis detineri, facit ca.2.de pig.vbi dr̃, ꝙ liber homo non detinetur quantumcunque nõ habeat bona sufficientia ad debitum,& no.gl.in auth.imo. s̃.de act.& oblig. ẽt si fiat pactum, quia sapit speciem seruitutis ad quã ꝑ pactum q̄s non debet posse deduci.l.nec si volens,de lib.cau.Facit qđ no. Bar.in l.Titio centum,§.2.de cond.& dem.vbi dixit,quod vbicunq; infringitur ius libertatis per pactum, non valet. quod etiam patet, quia lege est prohibitum,s.qđ nullus pro debito capiatur.d.c.2.& legi prohibitiuæ renunciari nõ põt,no.gl.in rub.s̃.ne fideius.dot.dent, &c.Item quia capere, & carcerari est iurisdictionis, cui pactis priuatorum renunciari non põt, nec iurisdõ dari.l.priuatorum,s̃.de iurisd.om.iu.quod tñ limita,nisi aliud statutũ induceret,qm̃ plus valet statutum quam pactum.l.non impossibile,de pac.& not.Bar.in l.oẽs populi.de iusti.& iur.& l.nec ex ꝑtorio.ff.de re.iur.Bal.in l.programma.s̃.comm.vel epist.licet gl.videatur tenere ꝯtriũ in rub.s̃.de decretis decurionum,sed intelligitur affirmatiue illa glo.s.qđ fieri potest per pactum, potest fieri & per statutum, non autem negatiue. Ita voluit Io.And.in c.pen.ext.de consuet. & videtur etiam de mente glo. in rub. & ibi Bar.aliud tamen quod dicitur hic,quod pro debito quis detineri non potest,nõ haberet locum hodie,si quis esset confessus debitum per sententiam,quæ transiuit in rem iudi.& elapsus esset terminus datus iudicatis,iuxta l.debitoribus,ff.de iud.& l.fin.s̃.de vsur.rei iud.Nam si intra talem terminum non soluerit,posset detineri.tex.est in §.qui autem.in ver.sed si quidem,coniuncta gl.in ver.cedere,in auth.de fideiuss. & etiam in aliis casibus fallit,quos not.collectos per me,& doct.in repet.mea,in l.j.in 1.not.in fi.supra,qui bon.ced.pos.

LEX III.

1 *Qui debitorem captũ eximit,ad id,ꝙ fisco,& priuato debebatur,tenetur.*
Carceratus pro debito priuati,potest ibi pro fisco recõmendari,& econtra.

a QVOTIES a † Qui debitorem captum eximit,ad id,quod fi
1 sco,& priuato debebatur,tenetur.h.d.†No.hic tex.ꝙ ille,q̄ ẽ
in carcere pro debito priuati, poterit recommendari pro debito fisci, & econtra. quod plenè dixi in l. 2.in fin.ff.de custo. reor.Secundò not.ꝙ qui eum abstulit,tenetur fisco,& priua-
b to.gloss.oppon.& soluit,dic vt in ea.*b*

a ADD. ¶Ale.Quoties.Qui carceratum eximit de carcere,tenetur soluere creditorib.vide quod dixi post Bar.in l.milites.ff.de cust.reo.Et Bar.in sua disputatione incipiente,Louisius fuit captus.
Alex.Quid si occulto aliquem,quod capi nõ possit pro debito,vel pœna. vide Bal.in l.fi.supra,de ope.lib.
b Alex. ¶In ea.Vide bonum tex.in l.fi.de ope.lib.s̃. & vide Bart.in l.quarta. s̃.ad leg.Iul.de vi priuata,& Bal.in l.addi.de epi.aud.& in trac.suo de carcerib.& Bar.in l.cuiuscunque,ff.ad l.iul.maiesta.& Sali.in l.vnica,de rapt. vir.& dom.meum in l.admonendi,de iurei.cum similib. & ibi omnino videas Roman.vbi dicit hunc casum esse mirabilem.

LEX IIII.

1 *Propter non soluentes tributa cæteri grauantur.*
2 *Officiales & consiliarij tenentur ad collectas.*

a ACTORES.*a* Officiales tenentur ad soluendum tributa,ne
1 ipsis cessantibus ceteri onerẽtur.ista lex innuit duo.†Primò,
ꝙ si ex aliquo casu quidam non soluunt,cæteri onerantur.ꝯ istud videtur j̃.vt nullus ex vica.pro alie.vica.detin.l.1.lib.11.
2 de quo dicam,j̃.tit.3.& l.2.& ibi gl.¶†Item innuit,ꝙ officiales,& consiliarij tenentur soluere collectas.In contrarium.ff. de muner.& hono.l.honorem. Ista duo examinabo in l.1.de immu.ne conce.Et not.hic glo.quæ incipit,Alias immunitas ibi,& sic not.contra officiales.

a ADD. ¶Ang.Actores.Sed an ꝑ ꝑ non soluentes tributa cæteri grauent,& hic est casus,quod sic,& sic not.ꝙ portatur à pluribus,portatur leuius,vt j̃.de priuil.domus August.in l.2.& j̃.eodem ti.l.fi.& est arg.contra officiales,vt teneantur soluere feuda,& ire ad exercitium,sicut alij.

LEX V.

1 *Qui tenentur reddere rationem,debent illam reddere in scriptis.*

APPARITORES. exactores debent remittere ad curiam in scriptis,quid exactum est,& quid non, vt ex eorum scriptura
1 officium reddatur instructum.h.d. ¶†No.ꝙ exactores tenẽtur reddere in scriptis quid & qualiter,& quantum exactum sit.idem in quolibet priuato,q̄ tenetur reddere rationẽ,vt l.j. §.officio.ff.de tut.& ra.distr.l.si statu liber.§.fin,de statu liber.

LEX VI.

IN FISCALIBVS. Ad petitionem exactorum cogitur præses facere exactionẽ.h.d.No.ꝙ Potestates cogunt facere exactionẽ ad petitionẽ officialiũ,qđ plenè declaratur in l.proxi.

LEX VII.

1 *Potestas,vel rector postquàm soluit de suo,potest exigere à debitoribus nõ obstante aliquo priuilegio dignitatis.& potest cogere exactores,seu procuratores illorum debitorum.*
2 *Potestas non potest exactoribus tributorum committere exactionem.*
3 *Qui tenetur facere exactionem infra certum tempus,si illam non facit cogitur soluere de suo.*
4 *Factores dominorum possunt cogi pro exactione tributorum.*

MISSI. Primò ponit quod sit officium exactorum.secundò punit iudices,& officiales permittentes eis vt aliquid faciant ꝯ officium.Tertiò ponit quid iudices habent facere.Quartò qualiter,&ad quid tenẽtur si negligant.Quintò eis prouidet. secũda ibi,iudices.Tertia ibi,eum iudicem. Quarta ibi,quod si vltra.Quinta ibi,iudicibus.¶In prima parte dicit,ꝙ exactores debent monere iudinem , hoc est præsidem , potestatem, seu rectorem, vt faciat exactionem, & nihil habent facere cũ debitoribus fiscalibus. ¶In secunda parte dicit, ꝙ si præsides passi fuerint,ꝙ exactores missi exigant per seipsos,puniuntur in duplum,& apparitores præsidis deportantur,& alij officiales relegantur ad tempus.¶In tertia parte dicit,quid habet facere præses,potestas,vel alius Rector. Respondet Imperator, ꝙ primò dẽt mittere pro debitorib. & inquirere, an debeant, & per eorum tabularios hoc debet diligenter inscribi, & postea mittere suos officiales contra suos debitores,& compellere eos ad soluendum,vt illud,quod solutum erit, perueniat ad illos opinatores, seu exactores,ita qđ impleto anno reuertatur cum exactione cõpleta.h.d.¶In quarta parte dr̃,si præses, aut potestas fuerit negligens in exigendo, ꝙ ipse cogatur soluere de suo , tamen repetere potest à debitoribus fiscalib. & si aliquid fuerit de exactis retentum, restituit in duplum.h.
a d.*a* ¶† In quinta parte dicit ꝙ postquàm Potestas, vel rector
1 soluit de suo,potest exigere à debitorib.non obstante aliquo priuilegio dignitatis,& potest cogere exactores,seu castaldiones , & procuratores illorum debitorum. Item etiam de hoc
2 rescribere principi.h.d.†No.principaliter,quod Potestas nõ possunt ipsis exactorib.cõmittere exactionem. quod est not. Iam enim vidi aliquos accusari de robaria , qui non possunt
3 excusari prætextu officij,per l.istam. †Not.ꝙ ille qui tenetur facere exactionem intra certum tempus,si non facit, cogitur soluere de suo, & sic facit contra syndicos, & æconomos, &
4 sim. † Vltimò not. ꝙ pro exactione tributorum possunt cogi castaldiones, & factores dominorum.

a ADD.¶Ale.Hoc d.Vide l.mancipia,cũ ibi no,s̃.de ser.fug.& per Bar.in l.j. de var.& extraor. cog.& per Bar.in sua disput.iudex qui per imperitiam, & ꝑ eundẽ,& ibi doc.in l.pe.s̃.de fur.& per Bar.& Ang.in l.ex maleficiis, §.hæres,ff.de ac.& ob.ꝑ Bal.ĩ l.obseruare.§.ꝓficisci,ff.de off.ꝓcon.& leg. ꝑ Bal.& Ang.in l.si filius,ff.de indi.ꝑ.gl.& Bal.& Sal.& doc.in l.j.s̃.de pœna iud.q̄ malè iud.Inst.de obli.q̄ ex quasi delic.in prin.& in gl.per Ang.de Aret.in l.dies cautioni,§.in eam.ff.de dam.infe.Alex.¶Speculator in tit.de expen.§.postremo,ver.illud.alle.istum tex.sm̃ qđ si iudex, qui omisit condemnare in expensis,parte petente fuit condemnatus in syndicatu,& velit à parte q̃ non condemnauit, illas expensas repetere,nõ potest,ꝑ istum text.Sed certe communis opinio est in contrarium,quam tenet Bal.reprobans dictum Spe.in l.sancimus,s̃.de iud.circa fi.& idem tenet Imo.& Ro. in l.si tertius.§.fi.ff.de aqua plu.arc. & Ang.ĩ l.si quis dolo.§.j.ff.de re iud. bene facit quod not.Io.And.post Inn.in c.sæpe,de appel.cuius dictum refert,& sequitur Pet.de Anc.in c.cum æterni,circa prin.de re iud.de hac q. vide ẽt per Bal.in l.obseruare, in §.proficisci,in vers.secundò quæro.ff.de of.procon.& leg.& ꝑ Ang.ĩ l.mancipia. s̃.de ser.fug.per Bal.in c.j.§.iudices.de pace iur.fir.adde etiam,quod alias no.Bar.de iud.in l.si q̄s vxori.§. si fugitiuus.ff.de fur.& l.si à reo. §.fi. de fideiuss.& vide qđ dixi post Bar. j̃.de pascuis pu.dicit Los. in sing.suis,in litera.l.not.43. qđ si iudex soluit, põt repetere,aliàs non.Alle.Ang.l.si vacantia, ꝑ istũ tex.in ver.2.no.idem not.Bart.in l.4.§.actor.de re iud.per text.in l.j.in prin.de mu.& ho.
¶Ang.Hoc dicit.no.ꝙ officialis deputat⁹ ad recipiendã solutionẽ,nõ põt ab inuito exigere,vt j̃.de cano.largit.l.neque,& ibi no.Not.in scđo dicto consuetudinẽ regionis esse seruandã. s̃.de pe.bo. su.l.j.s̃.de iure fisci, l.pe. & ibi not.Item no.arg.ibi,alij committimus,quod exactor fodrij alij cõmittere non potest exactionem:& si facit,punitur, vt j̃.dicam de ca. lar.l. 3.¶Item no.ꝙ officium Rectoris est inq̄rere debitores cõis,&iura inq̄sita exigere,vt hic,& s̃.l.ꝓxi.& si nõ facit punit̃,vt l.iudices, s̃.de ann.& trib. ¶Item arg.quod tutor gerẽs, vel alius administrator alienorũ negotiorũ dẽt reddere computa singulis annis. Ad idem j̃.de nauic.l.2. & hoc videt̃ etiã dicere l.si plures,§.1.ff.de admi.tut.¶Item not.ex quarto dicto ꝯ officiales.& collectores collectarũ,& fodriorũ,si aliq̄d retinẽt de hoc quod exercuerũt,vel aliqđ seruitium acceperũt ab his,qui debẽt aliquid à communi recipere,vt eis fiat solutio alia pœna imponitur,vt s̃.de ann.& trib. l.iudices.& j̃.de sa.ho.l.vnica.¶In tex.ibi,passi fuerint.Not.iudicem negligentẽ criminaliter puniri.Pro eo no.in l.iudices.s̃.de anno.& tribu.s̃.de ser.fug.l.mancipia.& de custo.re.l.ad cõmẽtariẽsem.Ibi,inuigilare.not.ꝙ etiam in causa ciuili,& pecuniaria ad vtilitatem public.licita est inq̄sitio, concor.s̃,de bon.vacan.l.fi.Et sic hic vr̃ casus pro episcopis,quod possunt contra omnes debentes aliquid pauperibus inquirere , & inter pauperes distribuere. nam licet talis inquisitio fiat in priuatorum fauorem , tamen
tendit

tendit ad vtilitatem reipub.ideo dixi ad vtilitatem reipub.quia ad vtilitatem priuatorum non est dare casum, in quo possit per viam inquisitionis procedi,nisi in casu suspecti tutoris,& curatoris.ſm Bar.l.3.§.præterea,ff. suspec.tuto.sed certè est dare aliũ casum.nam tutor ex inquisitiõe dat̃,vt instit.de Atti.tut.§.sed hoc iure,& sic patet ibi mere inquiritur ad vtilitatem priuatorum.In tex.ibi ꝯsuetudine seruata. No.in mõ exigendi tributa,& collectas debere ꝯsuetudinẽ seruari,ideo si consuetudo est,ꝙ incolæ ciuitatis non soluant tributa neque collectas, talis ꝯsuetudo seruanda erit ꝑ hunc tex.Ad hoc facit l.j s̃.quæ sit lon.consu.Ibi,absque vlla mora. no.ad statuta dicentia, ꝙ debitores ex instrumentis confessionatis absque vlla mora cogantur soluere,nam intelligit̃ nullo iuris ordine seruato.Ibi, in repetitione seruata.not.istum tex. contra determinationem gl.in l.mancipia.s̃.de ser.fug.vbi dicit,ꝙ si iudex propter negligentiam facit litẽ suã, ꝙ propterea nõ datur ei potestas retinendi rem debitam parti,cui litis æstimationem præstitit.hic enim text.directò dicit ꝯ.Nam officiales negligentes exigere tributa propter eorum negligentiam faciunt litẽ suam:qa de eorũ ꝓprio fisco tenentur soluere illud, qđ ꝑ tributarios debet̃,& tñ eis ꝯ tributarios seruatur repetitio ꝑ actionem negotiorũ,vel condict.ex hac l.vt đt gl.& hanc gl.not.alleg.Spec.in tit.de expen.§.postremò.ver.illum ẽt notandũ.In tex.ibi,vt partẽ debitã.Not.istũ text.ꝙ ex ipso delicto pœna imponitur qa pro parte venit fisco applicanda, pro parte accusatori.Simile in l.j.§.hæc in factũ actio.ff.de his qui de.vel effu. & facit ad not. ff.de iure fisc.l.edicto.§.extat.cũ simi.vide Bar.l.agraria.ff.de termi.moto. Alex.¶Hanc l.alleg.Bal.in l.etiam.in vers.non restat.s̃.de exec.rei iud.& ꝑ hanc l.dicit Bal.l.j,j̃.si propter publi.pen.qđ si res exactori committit,qđ compellat omnes debitores soluere omni coactione,quia sibi videtur,intelligitur semper salua forma municipalis consuetudinis.

LEX VIII.

1 *Ecclesia tenetur soluere onera realia pro rebus tributariis, quas emit, sed collectam,quæ imponitur personæ pro rebus,non soluit.*
2 *Commune Perusij statuit,quod omnes possessiones essent tributariæ,& qđ collecta esset onus reale.*
3 *Lex Imperialis prohibens emere,comprehendit ecclesiam.*
4 *Statutum loci prohibentis emere,non comprehendit ecclesiam.*
5 *Moræ purgatio in casu huius l.admittitur.*

SI DIVINA. Si domus imperialis, vel ecclesia res tributa-
tias licitè emerit,& tributa non soluerit,res ei aufertur,& ci-
1 uitati assignabitur,vt integra tributa soluantur.h.d.hęc l.†Et
pro declaratione huius l.q̃ro quid vult dicere diuina domus.
Gl.intelligit de domo imperiali,vel ecclesia.Et ſm hoc habes
quod ecclesia tenetur soluere tributa, quod est verum indu-
bitanter,qñ emit possessiones tributarias ita,qđ onus sit rea-
le.Sed collectam,quę imponitur personæ pro rebus,ẽt eccle-
sia non cogitur soluere,vt in auth.item nulla cõitas. s̃.de sac.
2 san.ec.& s̃.de epis.& cler.l.de his.†ideo cõe Perusij statuit,vt
oẽs possessiones tributariæ essent,& collectæ essent onus rea
le,de quo dicam j̃.de mu.pa.super rubr.dixi ff.de mu.& ho.l.
a rescr.§.fi.[a] †Quæro quare dicit extra metrocomias.Gl.dicit,
3 ꝙ intra illas nemini licet emere.Ex quo no.quod lex imperia
lis,quę prohibet emere,comprehendit ẽt ecclesiam,prout di
4 uina domus ponitur hic pro ecclesia.†Statutum vero ciuita
tis hoc nõ posset,qa esset ꝯ libertatẽ ecclesiarũ. vt in auth.cas
5 sa.de sacros.ec.Quæro quare đt patrocinij cã?dic vt in gl.†Vl
timò op.quod liceat purgare istam morã, vt l.obsistere. s̃.de
ann.& trib.Sol.domus diuina,& personæ in dignitate positæ
plus grauantur,quia plus de his timetur. Vel dic etiam hic,ꝙ
licet purgare moram,secundum quod hic innuitur, ꝙ magis
placet.item opp.de l.placet.s̃.de sacros.ec.dic,vt in ea.

a ADD.¶Ang. Fina.Et ratio est,quia prohibendo emptorem,prohibet venditorem, cum ista sint correlatiua,vt l.j.ff.de in diem addic.in gl.ibi posita. Vnde præsupposito, quod ecclesia sit exempta à iurisdictione principum,tamen alius contrahens suppositus est eius iurisdictioni.

¶De superexactoribus. Rub.

LEX VNICA.

1 *Exactio tributorum non debet fieri incontinenti.*
2 *Quis ad mortem punitur propter consuetudinem delinquendi,etiam si pœna esset pecuniaria.*

a QVICQVID. [a] Qui plus exigit, in duplum exigi-
tur,& propter cõsuetudinem capitaliter punitur.
1 No.qđ †dicit,restitui protinus oportebit, qđ in-
telligitur,quod exactio non fiat incontinenti.de-
bet.n.habere tempora, quæ dantur iudicatis. licet ex delicto
condemnetur, vt l.si cum exceptione.§.quod si homo. ff.qđ
me.cã.sed postquàm fuit exactum, debet restitui protinus ei,
2 à quo exactum est.†No.ꝙ propter consuetudinẽ delinquen-
di quis punitur ad mortem.simile s̃.de delato.l.omnes.

a ADD.¶Alex.Quicquid.In tex.ibi perseueret. no.istũ tex.ꝙ ꝓsupposito,qđ de crimine pœna pecuniaria veniat imponenda,tñ si fit inquisitio ꝯ hominem tanq̃ talia facere consuetum,& de hoc sit cõuictus,capitaliter puniri potest, & ideo assessores cum volunt facere aliquem decapitare malefactorem nominatum, q̃ multa crimina commisit, & pluribus vicibus, ex quibus tamen criminibus pœna pecuniaria venit imponenda,inquirunt ꝯ eum tanquam consuetum talia crimina cõmittere,& in his sceleribus perseuerare, & ipsum conuincunt de tali perseueratione,& consuetudine,ꝑfectò securè pñt eum ad mortem damnare, non obstante, quod talia crimina de sui natura non sint capitalia,quod tene mẽti. Pro hoc habes tex. ĩ l.oẽs. s̃.de delato.vbi q̃s ꝑꝑ consuetudinem punitur pœna mortis. Ang. ¶Adde ad materiam, ꝙ exactor tributorum scienter indebitum exigens à debitore,tenetur furti,text.est not.in l.etiam. s̃.de fur.& vide Bal.in l.1.s̃. tit.1.vbi dicit per illũ tex.ꝙ tenet̃ crimine falsi.No.ꝯsuetudinẽ delinquẽdi aggrauare delictum,facit l.3.s̃.de episco.aud.hic allegata in gl.& ibi Gul. & Bal.huic ẽt adde,ꝙ alibi dicitur,ꝙ ꝯsuetus litigare,& sic cõtinuus litigator,repellit̃ à testimonio.3.q.4.c.quia suspectos, & c.nullus.ibi,frequenter litigantes,& allegat Roman.in singularibus in litera,E,no.36. facit ad hoc quod ponitur per scribentes,videlicet, do.An.& d.Abb.& alios, in c. testamentũ,de test.in illa q.an existens in peccato mortali repellatur à testimonio,vt conclusio sit ꝙ si est consuetus,& perseuerans in peccato,repellitur,vide ibi ad prædicta.adde etiam quod dicit Bar.l.licitatio.§.ꝙ illicite.ff.de pub.& l.si diutino.de pœnis, vbi delicta iterata, & etiam momentanea aggrauant delinquentem,vt arctius puniatur,vt l.mariti lenocinium, §.sex mensium ff.de adul.facit ẽt,ꝙ dixit Bal.l.apud antiquos.s̃.de furt.quod ille,qui hodie est furatus vnam rem vilem,cras aliam, & sic de similibus,vt sic ratione reiterationis,& consuetudinis puniatur de furto, & possit suspẽdi.l.capitalium,§.famosos,de pœnis.dicitur in auth. sed nouo.s̃.de ser.fug.qualiter autem quis dicatur cõsuetus, vide quæ dixi j̃.de pascuis publi.in l.1.post Bar.

¶De capiendis,& distrahen.pig.tribu. Rub.

LEX II.

1 *Iudex potest prius deuenire ad res,quàm ad personam in executionibus.*

a SATIS SIT. *a* Hæc l.facit multum ad id,quod dixi s̃.tit.2.l.
1 2.videlicet,†ꝙ sit in potestate iudicis prius venire ad res,q̃ ad
personam,vt l.sacrilegij.§.fi.ff.ad leg.iul.pec.

a ADD.¶Ale.Satis sit.aduerte, quia imo necessario primo veniendum est ad res,quam ad capturam personæ,vt voluit Bar.l.3.§.pe.ff.de susp. tu.per l.à diuo Pio.§.in venditione,ff.de re iud.est ratio, quia si executio rerum mobiliũ sit antequàm deueniatur ad immobilia,§.in venditione.quanto magis fieri debet antequam deueniatur ad capturam personæ, & carcerationem,cum sit grauior?& istud tenet Iac. But.Bar.& alij,in l.1.s̃.qui bo.ce. pos.& Bal.in l.consentaneum.s̃.quomodo, & quando iud. ver.quæro vna cum Butrigario,vtrum possit capi,&c.quod non.qualiter intelligatur,& procedat,vides Are.in §.fi.Insti.de act.vide etiam Ang.in materia.l.nemo carcerem.de exact.trib.

¶De apochis publicis,& descriptionibus. Rub.

LEX I.

1 *Aestimum de nouo factum in ciuitate quandò habeat vires.*
2 *Instrumenta quietationum debent causam continere, quando fiunt ab eis, qui donare non possunt.*
3 *Instrumenta confessionum requirunt diem,& consulem.secus si sit priuata (scriptura.*
4 *Collecta debet imponi secundum qualitatem patrimonij,& non secundum numerum personarum, & quando imponatur secundum numerum personarum,& sit per capita.*
5 *Solutio collectarum non potest probari per testes.*

a AD INFERIORVM. *a* æstimum non ante sumit ef
fectum,quam præsidibus intimetur,& per eos reci
piatur.item susceptores seu thesaurarij debẽt de su
scepto facere cautionem solennem, & exactores
prouinciales debent de singulis 4.mensib.rationem suæ exa-
ctionis transmittere,& quod ex cã lucratiua acceperint, scri-
bere:& qui contrà fecerint,puniuntur.h.d.¶Principium legi
1 tur duob.mod.in gl.j.tene lecturam,quæ not.est.†No.ex isto
principio, ꝙ æstimum de nouo factum in ciuitate non habet
vires in hominibus de comitatu, nisi prius assignetur,vel ni-
si aliàs de hoc fiat lex specialis, vel donec assignetur officia-
libus debentibus exigere collectam,ſm illud æstimum,quod
tene menti,& sic æstimum non habet effectũ donec per pro-
uinciales præsidibus destinetur.Sequitur ver sed & aurum.in
hoc ver. ponitur qualiter dẽat fieri apocha de recepto à the-
2 saurariis,vel susceptoribus.†No.quod in instrumentis quita
tionum debet inseri causa.quod est verum, quando fit ab his
qui donare non possunt,vt hic,iuncta l.2.de anno.& tribu.a-
lias causa non requiritur. vt ff. de pactis. l. tale pactum. circa
prin

a ADD.¶Ale.Ad inferiorum,vide per istum textum,ꝙ dicunt Gul.de Cugn. & Bal.ibi in l.comparationes.s̃.de fi.inst.de quo dicto feci mentionẽ post Bar.l.de pupillo.§.qui nunciat.ff.de oper.noui nun.vbi videtur dictũ Bar. contra eos,dic vt ibi omnino.

a prin.a ¶† Scdo no.ꝙ in istis apochis[b] de soluto,reqrit dies,&
3 ɔsul,qđ est verũ,qñ illud est publicũ instrm.Debet n.esse scri-
b ptum à notario,vt l.2.s̃. de couen.fis.de.Secus si esset priuata
c scriptura,vt l.cũ tabernã.ff.de pig.[c] ¶ Sequitur versi.hoc ẽt.
hic dr singulis quatuor mensib. debẽt exactores ad curiã gña
lem exactionẽ scriptã mittere,& qđ debeat continere.Sequit
4 ver.qđ & tunc. hunc ver.& sequentem prosequere,vt in gl.†
Not.ex isto ver.& tota hac l.quòd collecta debet imponi fm
quantitatem pr̃imonij, non fm quantitatẽ, vel numerũ per-
sonarũ,qđ apparet ex eo,ꝙ dicit inopes,& locupletes,qđ pro
pter potentes non debent grauari minores. Hoc intelligo ve
rum,q̃do collecta imponitur ex aliqua cã, quæ non respiciat
numerũ psonarũ. Quid.n.si ꝓ soluendo tributo,qđ imponit
p capita,ciuitas acceperit pecuniã mutuo.& postea ꝓ eo satis
d faciendo imponit collectã?Certè dẽt imponi p capita,[d] vt di-
xi in l.4.§.actor. ff.de re iud.& supra, de anno.& tribul.l.2. &
5 super rubr.¶† Vlt.no.gl.no.ꝙ probatio istarum solutionum
non possit fieri per testes,vt l.2.s̃.de conue.fisc.debit.

a ADD. ¶Ang.Prin.Et iõ sint cauti debitores qui recipiunt refutationem à tutore, vel curatore, vel ab aliis administratoribus. vt sp faciant in refutatione inseri causam,alias non teneret,vt hic.Rõ,quia administrator sine causa refutare non põt.l.pactum curato.s̃. de pac. & in l. Imperatores. ff. eod.l.præsens.§. de transa. cum simi. & vide quod posuit in l.fi. s̃. de ann. & trib. In text.ibi,descriptionis æquitas. not.de isto verbo,descriptionis. Nam descriptio sumpta pro æstimo,vt hic ponitur,non potest fieri,nisi fm formam huius l. Sumpta vero pro incorporatione , non fit nisi secundum formam l.facultas.supra,de iur.fis.Sumpta vero pro descriptione,qua hic vtimur cum petimus bona alicuius describi ne baratentur , fit eum suspicione timentis , præcedente tamen aliquali causæ cognitione, saltem per iuramentum.l.1.§. eligitur.ff.de ven.in pos.mit.ff.loca.l.dominus horreorum.de bo.author.iudic.poss.l.fi.de quo dic,vt dixi in d.l.facultas.
b In istis apochis.Quid debent continere apochæ,an & qñ probent,no.Bal. in auth.sed nouo iure.post prin.ver.pro pleniori notitia,& in ver.præced. s̃.si cer.pet.do.meus Ias.May.in l.admonen.& ibi per istum.s̃.de iureiu.
c Ang. De pignor. No.de die,& causa apponendi.ff.de accu.l.libellorum.s̃. de exac.tri.lege apparitores.ff. de excep.doli.l.2.§.1.de transac.l.cum hi.§. causæ. & s̃.mand.l.per diuersa. cum simi. Not.ꝙ l.subuenit æqualiter inópibus,sicut & locupletibus,& in omnibus securitatem præbet communiter.ff. de pœ.l.capitalium.§. ad statuas. Tertio not.casum,in quo exigitur scriptura.supra,de superindi.l. vnica.s̃.de iur.fisc.l.prohibitum,& ibi no.
d Per capita. Quæ collectæ autem sint , quæ secundum iuris dispositionem per capita imponi debent, vide no.do. Soc.in cons.129. incip.præstantissimi iuris.ver.tertio principaliter.ibi,nam onera.
Alex. Et ita allegat eam Bal.in l.2.ver.sed qualiter.de iure emphyteu.

LEX II.

1 *Exceptio debitoris publici de soluto statim impedit iudicium.*
2 *Soluens collectas,quando possit pro non soluentibus conueniri.*

SEMEL. Qui habet instrm solutionis securitatis solenniter
1 factũ,ñ dẽt amplius molestari.h.d.†No.ꝙ sicut debitor publi
cus põt summatim ɔueniri, & exigi,vt l.pen.s̃.de ɔue. fi. deb.
a ita exceptio de soluto,iudiciũ statim impedit,vt hic.a†Quæ-
2 rit gl. l. licet soluens non possit conueniri p se,an possit cum
aliis qui nõ soluerunt. gl. non bene firmat se, vide eam super
ver. lætati. Br̃ dicas sic, Aut est onus reale, aut personale. Si
personale, aut consistit in labore personæ tantum , & quod
per vnum non potest expediri, expeditur per alios , vt l. ho-
nor.§.fin.de mu.& ho. Aut consistit in præstatione pecuniæ,
vel alterius rei, & tunc imponitur onus ciuitati simplr, aut
cuilibet de ciuitate. Primo casu, non est dubium, quod illud
quod non potest soluere vnus , soluat tota ciuitas , quia ad-
huc hæc eadem ciuitas remanet obligata. l. proponebatur.ff.
de iudic. & l. sicut.quod cuiusque vniuer. no. Secundo casu
vnus pro alio non tenetur ipso iure. ff. de le. 2. l. legatorum.
in prin. & j. vt nullus ex vica. pro alio. l. j. lib. 11. Sed possi-
bile esset,quòd propter defectum si non soluentium fieret v-
num superindictum nouum,& sic per consequens alij graua-
rentur,vt s̃.de superindi.in rubro,& nigro.& ita loquitur hęc
gl. & l. actores. supra,titul.3. Si verò est onus reale, quia pro
reb.soluitur tributum,tunc propter vnum non soluentem a-
lij coguntur soluere,sed ei assignabitur possessio pro qua sol-
ueret,vt infra,de omni agro deserto. l. 1. lib. 11.& supra, titu.
b 3.l.fi.dixi s̃. titu.3.l.actores.[b]

a ADD. ¶Ang.No.ꝙ id, ꝙ vnus fecit,alius ñ potest infringere,arg.quod qs ñ põt retractare facta p aliũ episcopũ, vt s̃.sent. rescin.non posse. l.j.Arg. quod si quis fuerit clauarius, seu camerarius, & semel reddiderit rationes,& inde est facta apocha,non tenetur amplius reddere rationem.
b Ale. Qñ plures sunt obligati, & vnus eximitur,alij tenenẽ ꝓ eo exempto, vide Bar.in l.4.§.actor.de re iud.vbi aliter loquutus est,& cum illo transeunt alij excepto dño meo, qui de hoc plene discutit in l. ab omnibus. in prin.de leg.j. vbi & aliter locutus est. & ibi vide Bal. Raph.& Imo.& do. meum,& vide Bald. in l.fi.de mune.& honorib.vbi de directo tenuit contrarium eius, quod dixi in d.§. actor. Ale.Nec istis obstat.l.fi.§.mista.ff.de mu. & ho.& ibi Bar.quia intelligitur nisi lege, vel statuto deputati ibi essent ad officium exigendi collectas, cum hoc , quod bona deficientium spectant ad ipsos exigere debentes,ita loquitur iste tex.& vide quæ scrip si in l.j.de omni agro deserto.li.11.

LEX III.

1 *Qui probat se ꝓximis tribus annis soluisse,quando p̃sumatur retro soluisse.*
2 *Probatio contra instrumentum in scriptis,licet non admittatur,nisi per scri pturam, tamen admittitur contra præsumptionem , quæ resultat ex instrumento,non tamen ex ipso comprehenditur.*

a QVICVNQVE. a† Qui ostendit se tribus proximis annis
1 soluisse, retro soluisse præsumitur, nisi contrariũ ꝓbetur.h.d.
No. mirabilẽ legem: Idẽ dicit glo.in l.2.de iure emphy. in so-
2 lõne canonis ꝓ prædio emphyteutico.† Vlt.no.ꝙ licet con-
tra instrumentum in scriptis non admittatur probatio in ɔ̃-
b rium,nisi per scripturã,vt l.generaliter.s̃.de non nu.pec.[b] Tñ
contra præsumptionẽ, quæ resultat ex instrumento, non au-
tẽ ex ipso instrumento, cõprehenditus, potest fieri per testes
ꝓbatio,vt hic in fi.Exempli gratia,si dicat statutũ,ꝙ nõ possit
instrumentũ redargui de falso,nisi per aliud instrumentũ:qui
dam produxit contra me instrumentũ, ꝙ habet clausulas in-
consuetas, & sic est præsumptio falsitatis,vt in gl.singulari,in
l.2.s̃.de condi.inser,Certè contra talem præsumptionem pos
c sum probare per testes,quæ omnia tene menti.[c]

a ADD.¶Ale.Quicunq;.Limita hanc l.nisi ista solutio trina esset facta vni semel pro tribus annis,secundũ Cy.& Bal.in l.2.C.de do.promis.Alex.Hanc l.limita, vt per Bald.in l.1.de dot.ꝓmis.adde hanc l.procedere in quocunque censu tributario, vel emphyteuticario, secundum dominos de Rota, decisione 102.secundum ordinem nouissimum.
b Ale, Pecu. Adde Bal. in l. iurisgentium. §. quod fere. ff. de pac. & gl. in l. reos.§.cum in tabulis.in ver.videatur.de duobus reis.
c Ale. Menti.Adde Bal.in l.iurisgentium.§.quod fere.ff.de pac.& in l.reos.§. cum in tabulis.ff.de duob.reis.& Doct.in d.l.generaliter.& hanc legem ad aliud no.allegat.Bal.in l.quarta.de fideicom.ver.quæro quid si statutum.
Ang.No.Tex.nec obliuiscaris,ꝙ si aliquis tenetur præstare aliquid singulis annis,& oñdat per apochã de solutione triũ annorũ, de toto tpe præsumitur soluisse. & est arg.ꝙ si aliquis soluat annuatim pro fundo meo decem,& peto ab ipso fundum,& ipse non põt ostendere qualiter à me, vel à meis parentib.siue maiorib.habet fundũ illũ,sed ostendit solutionem,& præstationẽ factã per tps longũ, q̃ritur an mihi sit factum præiudiciũ recipiendo longo tpe fictum.Et videtur ꝙ sic,quia dicitur hic,qui soluit fictũ p tres annos,& apochas super hoc acceperit,pro toto tpe soluisse p̃sumitur,vt hac lege.Itẽ venditor q scit emptorẽ ingredi in possessionẽ rei emptæ,vr̃ eam tradere.s̃. de acq.pos.l.minus.& arg.s̃. de cõtrahen.empt. l.nã idcirco.s̃.ad Velle.l.si sine.ff.ad munici.l.quoties ad id.ff.si ser.vend.l. si à te.ff.de euic.l.quidã ex parte. Item, qa locator q finito tpe locationis solutionẽ recipit,vel pensionẽ,relocare vr̃.s̃.loca.l.legẽ,ff.eodẽ.l.itẽ quæritur.§.fi.cũ l.seq.Item video qđ si aliquis soluit aliquo tempore vsuras,in futurũ soluere cogitur.ff. de vsu.l.cum de in rem verso.sic & hic,qui recipit fictũ, pati debet vt soluens in fundo remaneat, & maximè ratione æqualitatis seruandæ in iudicio,quæ seruanda est.s̃.de fruc.& litiũ expen.l. fi.ff. de arb.l.si cũ dies.§.si quis.supra, de proxi.sacro. scrinio.l.in sacris.la grande.ver.& quoniã. Quinta rõ,qa recipiendo fictũ videtur sibi præiudicare,arg.supra,de iure dot.in l.2.de lege cõmissoria.l.de lege.§.vlt.cũ l. seq.arg.supra,de ser.& aqua.l. si aquam.Contrariũ vr̃,ꝙ iste recipiendo fictũ sibi nõ præiudicauerit,nec soluens præscripserit contra recipientẽ fictũ,qa sine titulo ñ pręscribit longo tẽpore.supra,de rei vend.l.nullo,pro hęrede.l.fi.& de pręscri.lon.temp.l.diuersa.Itẽ nõ vr̃ sibi pręiudicasse recipiendo fictũ,siue ignorans,siue sciens receperit. Nã si sciebat,vr̃ ꝙ recepit sciens ius suũ vbicunq; durare. ff.qui.mo.pig. vel hypo.sol.l. sicut.§. ñ videtur.Si verò ignorauerit,ñ perdit ius suũ,neq; dominiũ rei suę trãsfert.ff. de acq.re.do.l.si procur.de condi. ob causam.l. dedi.§.sed & si seruus.nec etiã cãm p̃scribendi pręstat.supra,de pręsc.lon.temp.l.nec petentẽ,de rei vendic.l.re tua.ff.de rei vend.l.inter officiũ. Tertia ratio, qa soluendo fictũ nõ præiudicat qs dominis rei.supra, de don.l.si functionis.& l.cum sua. de rei ven.& l.si pater. de act.emp.& ven. Itẽ videtur casus legis,vt tantũ quadraginta annis soluendo sit munitus,si titulũ nõ habet,vt j.de fun.pat.l.fin.Itẽ,quia licet putet se habere titulum,tamẽ longo tpe ñ præscribit, nisi iustus error interuenerit.ff.de vsu.l. Celsus.& ff. pro emp.l. quod vulgo.Sed an per pręstationẽ longi temporis,scilicet 20.annorũ factã defuncto præiudicetur, notatur extra, de censi.in c. peruenit.in gl.ibi signata. Vltimò not. præsumptionẽ de præterito ad plus præteritũ, vt supra,ad leg.Iul.de adul.l.si quisnã & fateri intelligitur,qui paciscitur.ff.de his qui no.inf.l.quoniã,alias de præterito ad præsens, quia semel fuit bonus.ff.de re mil.l.nõ omnes.§.à barbaris.de accu.l.si cui.§.1.Item no. istam legẽ,per quam gl.determinat,qđ ille qui vult probare præscriptionẽ,sufficit quòd probet, quòd ab initio, in fine, & in medio possedit,& hæc lex probat. Ita no. gl.per hanc legẽ, in c.volumus.16.quæstione 4.in vltim.gl. de quo vide Cy. de præsc.long.temp.l.super longi. Ale.Licet non admittatur probatio instrumenti aduersus aliud instrumentum,tñ contra præscriptionem resultantem ex instrumento, licet non contentã in eo, põt p testes fieri probatio, adde qđ idem tenuit Bal.in l.j. s̃.de fideic. & referũt scribẽtes in l.j.s̃.de test.mil.& fm gl.singularem ibi,in l.iurisgentium.§.qđ fere.ff.de pac.& ibi Ang.qui allegat aliam gloss.in l.reos.§.cum in tabulis. ff. de duob.reis.adde aliam in l.1.supra,de contrah.& comm.stip.

LEX IIII.

SECVRITATIBVS. Huic legi concor.l.in ɔ̃ctib.§.j.de non
numera

numerata pecunia. Not. ꝙ istorum tributorum,seu collecta-
a rum, potest fieri solutio ꝑ parte *a* exactori, non tamen dico,
quod exactor cogatur recipere, sed si receperit, valet solutio
prædicta pro parte facta,tene menti.

a ADDIT. ¶Pro parte.Tu vide ad propositum eorum, quæ hic dicuntur,an
& quando solutio particularis in priuatis delictis admittatur, no. in l.
plane. ff.fam. erc.& in l.tutor.§. Lucius. ff.de vsu.& omnino Spe. in tit.de
arbit.§.sequitur.ver.sed nunquid obligatio.

¶De canone largitionalium titulorum. Rub.

¶Istam rubricam expone, id est, de regulari præstatione tri-
butorum,quæ fiebat per scripturas.

LEX I.

1 *Thesaurarius Marchię si morit̃,vel desinat,pōt solui thesaurario Ducatus.*

a OMNEM. a Quod particulares exactores exigunt debet da-
ri thesaurario, qui est in illa prouincia, vel in alia prouincia
1 proxima, vt totum simul deuoluatur ad fiscum. h.d. † Nota,
ꝙ si moritur thesaurarius q est in Marchia, vel aliàs desinit ibi
thesaurarius pertinens ad ecclesiam,potest soluere thesaura-
rio ducatus,vt ibi dum dicit,vel ad proximas.

a ADDIT. ¶Alex.Albericus de Rosate in l.& quia,de iurisdi. omnium iudi-
cum,allegat textum,cum l.seq. quod exactor tributorum nō potest alteri
delegare offm̃ suum.Et est ratio vltra eum,quia habet nudũ ministerium,
& sic videtur electa industria personæ.argu.c.fi.de offic.deleg.

LEX II.

a NEQVE. a Susceptoribus ad prouinciã missis non debet per
mitti, vt per seipsos exigant.sed Iudices ordinarij exigere de-
bent.qđ si ꝑmiserint,punientur.h.d.Not.hanc legẽ quam ha-
buisti plenius.s̃. de exa.trib.l.missi. licèt ibi alia pęna q̃ hic im-
ponatur,& iō poterit imponi vna ex istis.facit l. quoties.§.fi.
ff.de actionib.& oblig. & l.qui sepulchrum.s̃.de sepul.vio.

a ADD. Ang.In tex.ibi,vicena.Not.ex isto tex.iudicem negligentem crimi-
naliter puniri, dixi in l.missi.s̃.de exac. trib.& l.3.s̃. de sepul.vio.Sed opp.
quòd dicta pœna non puniat̃,vt d.l.missi.Sol.fateor,qđ hac pœna,& pœ-
na l.missi, non punitur simul,& semel.l.senatus.ff.de accusa. sed iudex ha-
bet electionẽ qua pœna velit punire eum, vt hic,& l.de sepulchro.ff.de se
pul.vio.& l.quoties,de actio.& obliga.& hoc est vtile ad quæstionem. In
eodem vol. statutorũ reperitur homicidã debere puniri ad mortẽ ſm vnũ
statutũ,ſm aliud reperitur debere puniri pœna pecuniaria,qđ statutũ ser
uabit̃, videtur, ꝙ posterius, vt l.sed & posteriores.ff. de legi. Sed nego,ex
quo eadẽ statuta reperiunt̃ in eodẽ volumine,licet in ordine scripturæ v-
nũ sit posterius altero, tamen ambo pariter ambulãt,& ideo hoc casu iu-
dex habebit electionẽ,quã pœnã velit imponere ꝑ hãc legẽ, qđ tene mẽ-
* ti.Vel dic,qđ iudex debet pęnã minorẽ imponere,* l.fi.de ꝑtor.stip.& per
Inn.ĩ c.de causis .extra.de offi.deleg.& vide, ꝙ dixi in auth.de sanct.Epis.
* Imponere.Adde do.Alex.de Imo.in d.l.senatus.alleg.tex.

LEX III.

1 *Officiales qui personaliter habent seruire officio,non coguntur ire ad exer-*
citum nec custodiam facere.
2 *Superior ex officio suo potest defendere subditum suum.*

PRAECEPIT. Notarij cameræ nō grauantur ad munera, q̃
persone laborẽ iniungunt,& q eos grauauerint punientur,&
1 ꝑ officiũ Iudicis superioris defendentur.h.d.vsq; ad §. illud.†
Nota ꝙ officiales , q personaliter habent seruire vni officio,
nō coguntur ire ad exercitum, nec facere custodiam. Secun-
2 dò † no.ex ver.insuper, quod superior ex officio potest defen
dere subditum suum, quando videt eum grauari. quod facit
a pro episcopis,qui eorum officio defendunt suos clericos.*a*

a ADD. ¶Ang.In tex.ibi,necessitatibꝰ.No.arg.expressũ,ꝙ notarij,q seruiũt
de ꝑsona,ñ tenent̃ suscipere,nec sustinere onera cōis,sicut alij.sed contrà
de exac.trib.l.actores.Itẽ no.ꝙ comitatus officialiũ nefarij,sunt inhibẽdi.
s̃.de iu.fis.l.defensionis,nã ipsi plura mala cōmittũt quã alij,vt in auth.de
exhi.re.§.j.Not.qđ officialis cui aliqđ offm̃ ẽ cōmissum, ñ pōt ꝓhiberi ex
ercere dcm̃ offm̃. Itẽ no,qđ qñ prius qs ẽ nominatus ad offm̃, ñ pōt alius
ad dictũ officiũ nominari, simile in electione canonicorũ extra,de elec.c.
cōsiderauimus.Itẽ no,in fi.l.qđ eodẽ mō punit̃ de negligẽtia iudex & of-
ficialis,vt s̃.eodem.l.2.& j̃.de naufr.l.de submersis.& j̃.de fabric.l.fin.

1 *Rectores prouinciarum possunt facere thesaurarios in prouincia.*
2 *Legatus in prouincia,quando comparatur proconsuli,potest facere thesau-*
rarios.
3 *Procurator fisci quod eligat thesaurarium generalem.*
4 *Potestas non potest iubere, quod pecunia communis soluatur alteri, quàm*
camerario communis.

§ ILLVD. Electio & defensio susceptoris,spectant ad ꝓcon
1 sulẽ,& ꝑfectũ,nō tantũ ad præsidẽ.h.d.¶†Not.prout habetis
literam tm̃ , ꝙ rectores ꝓuinciarũ ꝑñt facere thesaurarios in
2 prouincia.†No.ꝙ qñ est legatus in ꝓuincia,qui cōparatur ꝓ
consuli,vt in c.2.extra.de offi.leg.lib.6.ꝑt facere thesaurarios
3 in prouincia. Et†no.ꝙ hic loquitur de thesaurariis particula-
ribus, thesaurariũ verò vniuersalẽ eligit ꝓcurator fisci,& po-
stea cōfirmatur cōsensu curiæ,vt s̃. de iure fis.l.super creãdis,
& ibi on.l.exactores,de suscep.sequitur ver.ꝓuidẽtib.Ad eui-
dẽtiã scias,ꝙ pecunia,q̃ exigitur,qñque infertur vni cameræ,
quandoque alteri.vt s̃. de exact.trib.l.in fiscalibus, dicit ergo
hic,ꝙ tributa imposita ñ ꝑñt minui,nec pōt statui, ꝙ pecunia
4 quę debet venire ad vnam cameram,vadat ad aliam.†Et not.
qđ potestas non potest iubere, quod pecunia soluatur alteri
quam camerario communis,& si facit,punietur,vt in fine hu
ius legis,quod intellige verum,nisi in pecunia modica, quam
potest conuertere ad suum placitum in necessitates publicas.
argu.l.diuus.ff. de bon.dam.versi. quadrimenstruis,& ver. se-
a quen.sunt clari.*a*

a ADD. ¶Alex. In tex.ibi minuendæ.No.legẽ,q a vr̃ ꝙ si vnus officialis eligi
tur spãliter ad vnum officiũ. ꝙ ꝑ illã spãlem electionem sit sublata omnis
ptãs,de eo qđ ibi spãliter cōmissum est aliis Rectoribus generalẽ admini-
strationẽ habentibus.& ꝑ hoc vr̃,cũ nuꝑ in ciuitate Perusij electi sint qui
dam barrigelli,qbus spãliter data est ptãs contra oẽs bãnitos Perusij,ꝙ ꝑ
hãc spãlẽ cōcessionẽ iurisdictionis vr̃ adẽpta oĩs ptãs Capitanei,& ptãtis
ciuitatis Perusij ꝓsequendo dictos exbãnitos,de quo vide ꝑ Doc.in l.stu-
dẽdibus.s̃.de offi. ꝑfec.vrb.vbi vr̃ casus de hoc, licet ẽt in cōtrariũ posset
adduci, vt ibi latissimè posui super tex. iō ibi oĩno vide de hac qō.& vide
gl.25.qō.2.c.in Galliarũ.Et in simili vide Bar.in l.4.§.si ita vicinũ,de dã.in-
fec.Ang.Adde qđ iudex potest mulctas ꝑ eũ impositas applicare ad refe-
ctionẽ palatij,vt est tex.no.in l.mulctarũ,s̃.de mō mulct.An autẽ possit si-
biipsi iudex condemnando pęnã applicare. Angel.quòd non,in §.fi.vt nul
li iudicum,in prin.per illum text.quòd tamen intellige,vt ibi per eum.

LEX IIII.

PRAECIPIMVS. Si literæ Iudicis aliquid vltra veterẽ con-
a suetudinem *a* contineant, præsumuntur erroneæ, nec eis est
credendum. h.d. Ad euidentiã huius legis præmitte casum s̃.
de iu.l.fi.hoc ideo,quia Iudices scribentes sua authoritate nō
possunt augere,nec minuere ista tributa,vt s̃.l. prox.vers.pro
uidentibus. & l.j.s̃.de superindi.& de ann. & trib.l.2. Sed si li-
teræ continerent id, quod per Iudicem pōt fieri,vel facerent
mentionem de literis superioris Iudicis,per quem possunt fie
ri,eis crederetur,vt supra,de superindi.l.j.

a ADD. Vltra veterem consuetudinẽ, & rō est,q a in talibus stylus curiæ est
attendendus,de quo ꝑ Pan.in proœ. Gregorij, in addi.prima,vbi no.post
alios, & ampliaui post coapostillatorũ meorũ restrictiones , non tantum
non esse attendendum stylum,sed & obseruandum, vt plene per Hypp.de
Marsil.singu.suo cxviij.incipien.stylus curiæ.

¶Ne operæ à collatoribus exigantur. Rub.

LEX VNICA.

1 *Habitantes incluso Perusino collatores dicuntur.*

a OPERARVM. a Prosequere hanc legem,vt in glo.† No.ar.
1 pro illis, qui habitant in clusio Perusino propriè dicuntur
collatores,cum debent tertiam omnium fructuum,quòd ad
alias operas compelli non debent, sicut alij rustici compel-
luntur.

a ADD. Alex.¶No.per istam legem fuisse vltra montes determinatũ, qđ ne
mo poterat cogi esse manigoldus, tamen contrariũ vult gl.in l.non vide-
tur.ff.de regu.iur.Adde Bar.in l.fi.§.fi.de pignor. actio.vbi dixit,qđ immo
potest quis capi , vt manigoldus efficiatur , dummodo sit vilis & abiecta
ꝑsona,alleg.§.ꝙ si monachus,in auth.de sanctiss.episco.Adde ẽt Bart. in l.
iubemus nullam nauẽ. s̃. de sacrosan.eccle.vbi dicit,qđ asinus rustici po-
test capi, vt super eo ducatur malefactor ad patibulum, quia res singula-
rium,& ecclesiæ possunt capi propter publicam vtilitatem.

¶De immunitate nemini concedenda. Rub.

LEX I.

1 *Casus in quo notarius, falsum scribens igne punitur.*
2 *Officiales, & consiliarij ciuitatis quas collectas soluere teneantur.*

HIS NOSTRAE. Qui falsum instrumentũ immunitatis cō-
scripserit,igne est comburendus,& omnes ad solutionẽ cano
1 nis sunt vrgendi.h.d.No.†casum,in quo notarius falsum scri-
a bens igne punitur. *a* alia pœna falsi est minor,vt ff.de fal.l.j.in
2 fi.Circa†legẽ istam quæro vtrum officiales vel consiliarij ci-
uitatis teneantur soluere collectas,& tributa.Gl.in l.honorẽ,
de muner. & honoribus, dicit, ꝙ sic ad ordinaria, non extra-
ordinaria.idem vr̃ tenere Gul.in l.neminem.s̃.de sacros.eccl.
Tu distingue latius, quòd quædam sunt munera patrimonia-
lia,seu realia,& ad ista tenentur,vt l.fi.§. patrimoniorum,& §.
pen.ff.de muneribus,& honoribus. & s̃.de exact.tri.l. fi. & de
apo.pu.l. 1.Quædam sunt munera personalia,& istorum sunt
quędam,in quibus consistit labor personæ:& tunc si quidem
per illud onus auocaretur ab officio, tunc excusaretur , vt l.
præcepit,in prin.s̃. titu. 2. Si verò per illud onus non amoue-
tur ab illo officio,non excusatur,vt j̃. de decu.l.curiales,quæ
lex probat istam distinctionem. ex magna tamen cã possent
ab officio amoueri , vt ibi patet. Si verò munus consistit in
præstatione pecuniæ tantum,& tunc aut munus ordinarium
est, & ab isto non excusantur, vt s̃. de exac. trib. l. exactores.
ita

a ADD.¶Igne punitur. Tu vide ad hoc Ludo.Roma.sing.suo ccliij.incip.po
ne,qđ notarius,vbi alleg.ad hoc quod dicit iste casum huius l.pro singu.

ita loquitur hæc lex,quę dicit neminem excusari.Aut est mu
nus extraordinarium,& excusatur,vt d.l.honorem.& l.in ho
noribus.§. fi.ff.de vocatio. & excu.mune.& l. hi qui.& in l.in
a honoribus.§.qui muneris.eo ti.*a*

a ADDIT. Alex.¶Dicit tex. & ibi Cy. in l.s̃. de iu.immun.ꝙ notarius scri-
bens instrumentum à iure prohibitum, capite punitur,alibi notarius con
ficiens instrumentũ simulatum punitur pœna manus, capit. imperialem.
§.scribam,de prohib.feu.alie.per Federic.alibi notarius conficiens instru
mentum vsurarium, est periurus,& potest pronunciari infamis,& priua-
ri officio tabellionatus, secundum Hosti.in Summa de vsuris.§. fi.ver.q.d
de notariis. & refert Arch. vigesima j.dist. sicut sequitur Rom.in singula-
ribus suis, in litera,r,num. 11. alibi conficiens instr̃m punitur pœna exilij
sine spe reuersionis, text. est,& ibi Ang.in authen.de non alie.§.hoc quo-
que.& bonus tex.in §. hæc igitur omnia, eo.ti.vbi dicitur,ꝙ eadem pęna
punitur dictans instrumentum illicitum.Sed quid in notario conficiente
instrumentum falsum, quod vero nullum erat, an sit puniendus, & qua
pœna,vide Bar.in l.si quis legatum. in prin.ff.de fal.& Bal.& Sal.in l.j.su-
pra de sepul.vio.& per Io.And.in regula,non est sine culpa,& Ang.in au-
then.vt nulli iu.in §.quoniam vero.non autem punitur notarius,nisi in ca
sibus à iure expressis secundum Bal.in l.fi.in prin.si cer.pe.alleg. glo.in au
then.de non alie.§.quia vero Leonis.

LEX II.

1 *Aggeres dicuntur munitiones,quæ fiunt iuxta ripam fluminis,& quorum expensis.*
2 *Foueæ,muri,& steccati debẽt fieri pro modo patrimonij,& nõ per capita.*
3 *Via per quem fieri debeat,& refici.*

PER BITHYNIAM. Munitio viarum,& aggerũ debet fie-
1 ri expensis, pro quantitate p̃rimonij possessorum. h. d.† Ad
euidentiã debetis scire, quòd aggeres dicuntur quædam mu
nitiones,quę fiunt iuxta ripã fluminis,ne flumen excrescens
fluat per limites,& sic in rubrica de Ni.aggeri.nõ rũp.Et no.
2 †hunc casum, quia assiduus est: nam pluries fuit hic de facto
hoc anno,tp̃e guerræ,quia mandatũ erat tali villæ,vt faceret
foueas,muros,& steccatos tali castro,nam pro modo p̃rimo
nij,nõ per capita,fieri dẽt.In tex.ibi,cęteris,scilicet,in repara-
tione fontium,& pontium,fossarũ,murorum,& similiũ.Op.
qđ quilibet debet munire viam ante domũ suam,non autem
debet fieri de publico,vt l.ædiles.ff.de via publ. quæ est Græ-
3 ca,& quidam non habent eam.ideo distingue,† quædam est
via publica,quædam priuata.Primo casu,si quidem via est in
a tra muros ciuitatis,q̃libet dẽt eam munire iuxta domũ suã,*a*
vt in contrario.Si vero est extra ciuitatẽ,tunc dẽt fieri muni-
tio,& refectio expensis cõis,imponendo collectã pro quan-
titate p̃rimonij, vt hic, & s̃. de sac.san. eccl l.ad instructionẽ,
& in auth. de eccles.ti.§. ad hæc sancimus,colla. 9. Quædam
sunt viæ priuatæ,& hæc p̃t duobus mod.intelligi,vno mõ in
via,prout est ius eundi,& dr̃ seruitus,& tunc refectio incum-
bit illi, q̃ habet viam:ille enim qui dẽt viam, solũ debet pati,
vt l.refectionis.ff.cõmunia prædio.cũ simi.Scđò modo,acci-
pitur via priuata, hoc est,facta ex collationib.priuatorum,&
tunc idem,quia ad illos priuatos pertinet refectio.ff.ne q.d in
loco publico.l.2.§. viarũ, & de hoc dn̄t in l.neminem.de sa-
b crosan.eccl.[b]Quęro,dr̃ hic cęteris hmõi,&c.de quib.loquit̃.
Rñdeo,de viis,& pontib.vt d.l.ad instructionẽ.& d.§.ad hæc
sancimus. Item de muris,vt supra,de ope.publ.l.omnes.

a ADDIT. Suam.Adde Doct.in l.ædiles.§.studeant,in l.fi.§.fi.de via & itin.
publ. Et an teneatur cóductor,& inquilinus cessante domino domus,no.
iste in alle.§. studeant,in 4.no. & ibi ponit,quid in eo, qui gratis habitat,
de quo etiam per Flo.l.si pendentes.§.si quid cloacarij.ff.de vsufr.

b Ale. Quilibet tenetur purgare viam iuxta domum suam. Sed an istud ha-
beat locum in conductore domus?Bar.in d.l.ædiles.not.dicit sic,aut gra-
tis habitat, & tenetur etiã expensis propriis purgare viam,& hoc est ve-
rum. Aut non habitat gratis, sed pensionem soluit, & expensis pensionis
tenetur mundare.Sed pone,quod præcepi conductori,vt saliget,viam la-
pidibus, an tunc fiet expensis pensionis. Et Barto.ibi,ꝙ sic,dato etiam,ꝙ
gratis habitet,q.a illud,quod statuitur in munitione temporali,nó habet
locũ in munitione perpetua,qđ etiam sequitur Io.de Platea,§.cóductor.
Insti. locati. Vide Bart. in l.ad instructionem. supra,de sacrosan. eccl.qđ
onus spectat etiam ad ecclesiam*qualiter autem dicatur via vicinalis,&
qualiter via publica vide Bar.in l.1.ff.de locis,& itiner.pub.

¶De conditis in publicis horreis. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Frumentum nouum non debet vendi,nisi prius vendatur vetus.*
2 *Fructus corrupti,licite miscentur cum incorruptis.*

a OMNIA. Non dẽt tangi de fructib.nouis,donec cõsuman-
tur antiq.Item licitũ est ɔmisceri fructus corruptos cũ incor
ruptis,& ad p̃dicta per superiorẽ officialis sufficiens depute-
tur.h.d. Tres hẽt partes, vt collr̃ ex summario. Scđa pars ibi,
1 & si forte.tertia ibi, ad istud.† Not.ꝙ non dẽt nouũ frumen-
tum vendi,nisi prius vendat̃ vetus,& sic si tutor alicuius ɔ̃sa
ceret,tenet̃. debet.n.fructus s̃m qualitatem temporũ vende-
re,quædã primo tp̃e,quædã scđo tp̃e seruari, vt l.is cui. §. q̃ri
2 põt.ver.qui legatorum.ff.vt in pos.leg.† Secundò no.ꝙ licet
miscere corruptum cum incorrupto,qđ tene mẽnti,q.a forte
dicerent laici,quod esset peccatum,qđ non est verum,vt hic.

a ADDIT. Omnia. No istum tex.pro aromatariis, qui miscent ceram cor-
ruptam cũ incorrupta,ad hoc vt velaméto ñ corruptæ corrupta vendat̃,
vt non dicantur cerã falsare,cum nó peccauerint.casus hic.Item no.text.
ꝙ ille dicatur nobilis, qui est prudens, & virtuosus. Sed aliter determi-
naui in l.j.de dig.li.12.

LEX II.

1 *Tutor vnius magni patrimonij, vel positus in magna administratione excusatur,si negotio præponat aliquem factorem sufficientem.*

CVM AD QVAMLIBET. Rectores debẽt per seipsos inspi
cere domos,& horrea publica,ne ex pluuia corrũpant̃ publi
1 ca frumenta.h.d.† Not. ꝙ tutor vnius magni patrimonij,vel
aliq̃s positus in magna administratione excusatur,si negotio
p̃ponat aliquẽ sufficiẽtẽ factorẽ,vt s̃.l.proxim.in fi.& l.argẽ-
tũ ff.cõmo. tamẽ inspicere debet p̱ seipsum,an sint fracta te-
cta,ita qđ ibi nõ pluat,aliàs nõ ẽ diligẽs administrator,vt hic.

LEX III.

NVLLI. Species in horreis publicis depositas,nullus dẽt in
suam vtilitatem conuertere , aliter deportabitur. Nota con-
tra furantes lardum,vel granum communis,vt deportentur,
& eorum bona publicentur.

¶Vt nemini liceat in emptione specierum se excusare. Rub.

LEX VNICA.

1 *Collectam pro emendo granum tempore caristiæ,tenentur soluere diuites,& pauperes,& nu.3.& est onus patrimoniale.*
2 *Respublica si habet granum ad vendendũ,omnes tenentur emere,nec aliq̃s excusatur, licet ei necessariũ nõ sit.& nu.4.& est munus patrimoniale.*
5 *Munus impositum à ciuitate, quod quis vendere cogatur frumentum, est munus patrimoniale.*
6 *Ecclesia,an possit cogi vendere frumentum per ciuitatem.*
7 *Ciuitas,quando cogit subditos vendere frumentũ,intelligitur iusto precio.*

a QVOTIES. [a] De scđa parte isti⁹ rub.nihil ĩ nigro,sed de hoc
hẽris in l.j.& 2.in prin.ff.de va.mu. ista rub.sũmat l.& gl.põit
1 trib.mod.casum.P̃rĩò,qđ tã diuites,† q̃ pauperes tenent̃ sol-
uere collectã p̱ emẽdo granũ tp̃e caristiæ,licet diuitib.hoc ñ
2 sit necessariũ.¶†secũdò mõ,qđ si respub.hẽt granũ,vl̃ aliud
vẽdẽdũ,quod oẽs debẽt emere,nec aliq̃s excusat̃,licet ei ne-
cessariũ.ñ sit,& hoc ẽt hẽt locũ in sale vrbis.tertiò dic,vt ĩ gl.
Op.de l.3.§.cura ff.de munerib.& honori.gl.soluit,qđ hic lo
q̃t de muner̃ p̃rimoniali,s.de cura emẽdi,ibi loq̃t de cura per
sonali,s.de expẽsa,q̃ dẽt fieri emẽdo. hoc p̃misso, qđ hæc lex
de p̃rimonialib.loquat̃,q̃ro,de qua ɔparatiõe frumenti loq̃t
3 hęc lex?Rñdeo quod intelligit trib.modis.¶†Primo mõ,de
pecũia q̃ ɔfert̃ p̱ emptiõe frumẽti,& aliarũ specierũ,quo ca-
su no.ꝙ licet emptio videat̃ prĩcipal̃r venir̃ in fauorẽ paupe-
rũ,& indigẽtiũ,tñ on⁹ ẽ p̃rimoniale,& sic ẽt diuites ɔpellun-
tur.R õ,q.a ad publicã vtilitatẽ pertinet. Nã sine pauperib.ci-
4 uitas nõ eẽt perfecta.l.2.de nũdi.¶† Secũdò loq̃t hæc lex de
munere,quo q̃s emere cogit̃,& mun⁹ ẽ personale.certè ñ cre
do, quod de tali muner̃ loquat̃ hic,sed dẽt intelligi qñ fiscus
hẽt multum frumenti,ita, quod conseruari non p̃t, tunc im-
ponit omnibus subditis necessitatem emendi, & istud est pa-
trimoniale, vt ille qui plus hẽt,plus emere cogatur. Si enim
intelligeres de munere personali,hoc est de cura emẽdi, mul
ti excusarentur,quod est ɔtra titulum,& istum casum nota,
5 quia sæpe occurrit. † Tertiò loquitur de munere, quo quis
vendere teneatur. No. etiam, quod istud onus est patrimo-
niale,vt patet ex solutione ɔtrarij s̃.facti,& sic qui plus de fru
6 mento colligit, plus de frumento vendere cogatur. † Vide-
tur etiam, quod ecclesia ad hoc possit cogi, vt hic in fi. s̃. de
exac. trib. l. fi.& est munus patrimoniale, non sordidum. Iu-
7 sto tamen pretio debet † quis cogi vendere,non viliori,vt l.
fi.in prin.ff.ad l.Iul.de anno. Quod dixi de ecclesia,intellige
salua tamen determinatione sanctæ matris ecclesiæ, & ti. de
eccl.titu.

a ADDIT. Ang. quoties. No.quia per istum tex. dicit Dy. in l.si ex toto. in
prin.de le.1.si alicui est concessa immunitas à collectis, non tamen cense-
tur concessa ab his, quæ imponuntur ex aliqua necessitate, puta guerræ,
vt probat iste tex.

¶De collatione donatorum,& releuatorum,aut translatorum,seu adæratorum. Rub.

LEX VNICA.

1 *Aestimum alicuius si est diminutum,potest per superiorem augeri.*
2 *Aestimum suum nemo potest minuere.*

DISPOSITIONEM. Casum pone, vt in gl. notatur.In hac
1 lege dicũtur duo.†Primò,quòd si aliqua prędia sunt releua-
ta, hoc est libera, & æstimum eorum est minutum, postea p̃t
augeri per superiorem,vt hic facit Imperator.No.quòd non
2 licet alicui † suas possessiones releuare,hoc est æstimum mi-

nuere

a nuere, *a* vt hic in var. nulli, quod intellige, nisi ex causa super-
uenienti, vt l. forma, ff. de censib.

ADDITIO.

a Minuere. Sed quid si per alluuionem decreuit, dic, quòd tunc diminui debet, vt per Bart. in l. forma. & Bal. in d. l. acceptam, in fi. §. de vsu. & Ale. de Imo. i l. Titio. ad mun. & Gul. & Doc. in l. quod si maritus. §. j. de const. pe. & Bal. in l. etiam. §. de execu. rei iud.

¶De collatione æris. Rub.

LEX VNICA.

1 *Aurum pro ære solui potest, quando respublica ex hoc non læditur.*

1 AERIS. Pro ære potest solui aurum tanti valoris. h. d. †No. quòd potest solui aurum pro ere. Intellige, quando respublica ex hoc non læditur, vt plenè not. ff. de sol. l. Paulus, & ibi dixi.

¶De discussoribus. Rub.

¶Quero, quis dicatur discussor. Dic, vt in gl. rubrice, scilicet, ille, qui discutit patrimonia alterius, vt eum ponat in æstimo. Ita loquitur hic in titu.

LEX PRIMA.

1 *Aestimatori incumbit onus probandi se iuste æstimasse.*
2 *Arbitratores, qui lædunt partes tenentur.*

a QVOTIES. a Si æstimator malè æstimat, ipse tenetur. h. d. Quæro hic dicit in disceptatione, qualiter fiat ista disceptatio. Respondeo, coram superiore, ad quem reclamat ille, qui
1 sentit se grauatum, vt j. de agric. & censi. l. peræquatores. †Secundò no. quod onus probandi incumbit officiali æstimanti, seu
2 mensuranti. †Vltimò no. quod arbitratores, qui lædunt partes, tenentur. facit ff. si mens. fal. mo. dixe. per totum.

ADDITIO.

a Ang. Not. istum casum, quod licet pro scriptura præsumatur in dubio, si tamen scriptura feratur contra me, quod patrimonium valeat mille, & ego nego tantū habere in patrimonio, quod ei, qui vult scripturam de æstimo patrimonij, incūbit onus probandi patrimoniū tantum valere, & non mihi, q nego valere tantū. pro hoc ff. q prob. l. cum de lege fal. supra de iur. delib. l. scimus. §. licentia. Et hoc not. contra mēsores agrorū, qui retulerunt tot iugera esse, si negaret tot esse, incumberet eis onus probandi tot esse.

LEX II.

1 *Pars non potest cogi iterum facere instrumentum, si de contractu apparet protocollum.*
2 *Pars cogitur facere iterum instrumentum, si protocollum non apparet.*

NE CASV. Ista lex legitur in glo. pluribus modis, fm primā lect. h. d. Licet soluens tributa, apocham de soluto perdiderit, potest tamen ex libris communis solutionem probare. hoc dicit. Vel dic secundò, si in libris cōis de solutione apparet, non potest peti ab officiali, vt iterum faciat apocham de recepto, si primā quis amisit. h. d. facit l. si quis ex argentariis.
1 §. fi. ff. de eden. † Ex scda lect. no. quòd si apparet protocollū de contractu, non pōt cogi pars, vt iterum faciat instrm publicū, & illud reddat, nisi de prima perditione doceatur. Vnde potest cogi notarius, vt iterum faciat instrm, si primū quis
a amiserit, vt l. si quis ex argentariis. §. fi. ff. de eden. *a* †Secundò
2 not. ex contrario sensu huius legis, quòd si protocollū non inuenitur, quòd tunc potest cogi pars, vt de nouo faciat instrumentum, vt lex dt. Ad hoc facit supra de lib. cau. l. sicut instrumenta, & qd ibi no. ff. solu. matr. l. 2. circa prin. & qd ibi no. in glo. mag. & ff. de noua. l. si pupillus, & de administra.
b tuto. l. chirographis, & ibi not. *b*

ADDITIONES.

a Alex. Istum tex. alle. Bal. in l. seruo. §. si à primo, de leg. j. quod geminata quietatio facta debitori, facit censeri debitum bis solutum, & ideo debitorē, semel solutum repetere, & ita alleg. Lud. in singularibus suis in litera, q. not. primo. Ad cuius veritatem, vide Bald. in l. cum centum, de adim. leg. & in l. cum tacitum, de verborum obliga.

b Alex. In glo. ibi. se bis soluisse. Not. quod si debitor producit duo instrumenta refutationis cuiusdam quantitatis pecuniæ, quod per ista instrumenta probat duplicem solutionem, & sic tanquā indebitū posset repetere. Ad qd facit l. solutione, cū gloss. de exhiben. argu. l. qui tabulas. §. quod si iam. ff. de fur. Ang. an not. cogatur ipse reficere instrumentum deperditū. Dic qd sic dummodo iuretur de calumnia, per not. per Bart. in l. fin. de bo. auth. iud. pos. & vide Ang. auth. de hæred. & fal. in prin. vbi dicit, quod cautela est, quod fiat mentio in secundo de refectione. Et an de refecto instrumento, debeat solui gabella, vide Ang. con. si. 45. & Bar. consuluit, qd non. Cui adde Anto. in c. 2. In glo. 2. de iud. quod pars tenetur vnum instrumentum in forma deperditi, vide Bal. in l. vnica. §. ne autem. de cadu. tolien.

LEX III.

PER SINGVLAS. Ab onere discutiendi, & æstimandi patrimonia, nullus excusatur, nec etiā miles, nec militans. h. d.

¶De decurionibus, & eorum filiis. Rub.

1 *Consiliarij ciuitatum, hodie dicuntur decuriones.*

Istam rubr. continua, vt in glo. Quærit gloss. quare dicuntur
1 decuriones, dic vt in ea. †Nota, quòd consiliarij ciuitatum dicuntur hodie decuriones, vt in hac gl. quam no. Quæro,
a quid differt decurio à curiali. Dic vt in gloss. *a*

ADDITIO.

a Alex. Sed an decuriones hodiernis temporibus iudicentur, prout de istis, quod sic, in l. diuo. supra. de quæstio.

LEX PRIMA.

1 *Excussio, qd fiat contra principalem, antequàm agatur contra fideiussores.*
2 *Pater consentiens filio officium suscipienti pro filio obligatur.*
3 *Fideiussor officialis conuenitur, non excusso principali.*
4 *Pater, qualiter dicatur consentire filio officium suscipienti.*
5 *Pater absens potest filio officiali consentire.*
6 *Pater, an teneatur pro filio magistratum extra ordinem gerente. remissiue ad gloss.*



SI CVM TE. Pater, si ad decurionatum filij consentit, tenetur pro eo, & hrs eius, facta prius ex-
1 cussione de principali. h. d. †No. prius fieri excussionem contra principal. q veniatur contra fi-
2 deiussores. †Item not. quòd pater tenetur pro filio, si consensit. Ad istud no. opponitur de l. iure nostro. supra, de fideiusso. Solut. Dicit glo. speciale hic. Ratio, quia facilè pater obligatur eo ipso, quòd scit, & non contradicit. Ita dicit gl. vlt. quam no. certè licet in patre hæc ratio concludat, tamen idē potest esse in quolibet alio fideiussore, vt l. quarta, in fi. ff. de
3 adminis. re. ad ciui. perti. †Dic ergo, quod speciale est in fideiussore officialis, vt no. in l. j. supra, de conue. fi. deb. Rō, quia tales fideiussores videntur indemnitatem promittere, vt d. l. j. qd si indemnitas nō apparet, nisi principali discusso. dixi in d. l. j.
4 †Quæro, qualiter dicatur pater cōsentire filio. *a* Dicit gloss.
a eo ipso, quod scit. Et intellige verū in munere publico, secus in priuato, vt no. supra, quod cum eo. l. j. & l. si filius. ff. de tu. & l. Lucius Titius. ff. de admi. tut. Et ideo si instrumentum esset factum inter duos priuatos, præsente patre vnius, pater alterius propter hoc non obligaretur, vt not. in d. l. Lucius, & l. 1. §. j. in gloss. penul. ff. quod iussu. Oportet enim, quod tunc pater specialiter se obliget. Hoc etiam examinaui plenè in l. si cum
5 dotem. §. transgrediantur. ff. solu. mat. †Quæro, an pater possit cōsentire filio absente? Rñdeo, sic, vt l. honore. §. fi. ff. de decu. per quam legem dicunt docto. quod filio agente in iudi-
6 cio pater absens videtur consentire, †Quero, quid si filius decurio factus est magistratus, & gessit Rempublicam, an pater teneatur. Dic vt in gl.

ADDITIO.

a ¶Filio. Vide Soc. in consi. 172. incip. multum abundè & eleganter. versi. sequen. vsque ad versi. quarta difficultas, in 2. par. & an, & quādo teneat ex contractu filij, & quomodo, & qualiter. vide per eum, consi. 92. incip. circa primum huius. ver. circa secundam dubitationem, cum versi. sequen.

LEX II.

1 *Rectores ciuitatis possunt conuocare consilium, eorum authoritate, & de necessitate hoc facere debent, quando incumbit faciendum.*
2 *Consilium conuocatur authoritate superioris, vel antiquioris superioris.*
3 *Consilium ciuitatis, quando non est conuocatū authoritate superioris, quando valet.*
4 *Consilium ciuitatis conuocatur, etiam sono campanæ, vel voce præconis, & secundum consuetudinem.*
5 *Consilium ciuitatis conuocari debet in loco publico, & consueto.*
6 *Propositio in consilio debet fieri per superiorem.*
7 *Magistratus licet proponat in consilio, tamen ipse non reformat, sed consilium.*
8 *Consilium ciuitatis de iure communi eligit officiales, & Syndicos.*
9 *Electio facta de aliquo, debet ipsi notificari.*
10 *Nominans aliquem indebite, tenetur ad sumptus.*

a OBSERVARE. a Ad officium Rectoris ciuitatis pertinet conuocare concilium, & facere eligi officiales, vt eis electis nunciare possint, si velit appellare, & qui malè nominat, te-
1 netur ad sumptus. h. d. ¶†Nota ex hac l. quod Rectores ciuitatis pñt conuocare concilium, eorū authoritate, vt hic. Et ita intelligit gl. sup verb. magistratus. Scdò no. quod rectores ciuitatis habent hoc facere de necessitate, qñ hoc faciendū incumbit,
2 vt hic, dum dicit, oportebit. †Tertiò nota, quod consiliū debet conuocari authoritate superioris, nam hic magistratus conuocat. Vbi autem magistratus non esset, tunc posset con-
b uocare ille, qui esset antiquior *b* decurio. ille enim videtur ipso iure prior decurionum, argumen. l. j. j. de consu. ff. de albo

ADDITIONES.

a Alex. ¶Hæc lex allegatur, quod expensæ, quæ veniunt ratione victoriæ, non debentur, nisi iudicis officio, & per consequens non debentur, nisi quis fuerit ad eas reficiendas condemnatus, vt hic, & no. glo. in l. feueriter. §. de excu. tut. & no. Alex. in l. si finita. §. Iulia. ff. de dam. infec.

b ¶Antiquior. Adde Fel. in c. cum omnes, in prin. de consti. & in d. c. 1. de maio. et obed. alle. hic.

bo scrib.l. 1.& ibi dixi.& no.p Inn.ext.de maiorita.& obediē.
3 c. 1.& ibi.† quæro qd si nō apparet[a] cōciliū ꝯuocatū.rn̄deo,
a si quidem essent oēs p̄ntes,valeret ꝯcilium, qn̄ non est qui lę-
ditur ex hoc,quod ꝯuocati nō sunt.sed si aliq essent absentes,
tunc non valeret concilium.potuisset.n.præsentia eorum ab-
b sentium trahere alios in suā sententiam,arg.l.sicuti.ff.de arb.*b*
4 ¶† No.ꝙ hic dr̄ in tex.solenniter,&c.quod intellige sono tu
bæ,vel campanæ,vt dicit gl.quod dicit sono tubę,intellige &
voce præconis hoc dicentis,& debet constare,quod præconi
sit commissum,arg.l.neminem.s̄.de exhib.reis.& hic dum di
cit,debet fieri iussu magistratus.posset etiam fieri sono tubæ,
vel campanæ,tn̄ si statutum,vel cōsuetudo esset,quod tali so-
no consiliarij deberent vocari,seruanda esset consuetudo, vel
c statutum.ita posset intelligi hic.*c* ¶† No.ꝙ concilium debet
vocari in loco publico,vt hic dum dicit,ad curiam.simile in l.
si quis.in fi.de leg.&intellige locum publicum vbi publicè of
ficiales habitant,&curiam tenēt.Pro hoc facit tex.dum dicit,
d in curia.& ff.de iniur.l.lex Corn.§.demum.[d] ¶† no.ꝙ per su
6 periorem debet fieri propositio in cōcilio, qđ colł̄r hic dum
dicit,magistratus decurionum faciant nominationem.debet
ergo inter eos proponere maior,simile in l.2.ad Vell.puto tn̄
ꝙ si de propositione non appareret, & cōstaret de voluntate
concilij,quod valeret,vt d.l.si quis.in fi.de leg.& ff.de legi.de
7 quib.in fi.† No. ꝙ licet magistratus faciāt iurisdictionem,tn̄
ipsi non reformant,sed concilium,vt patet hic,quia magistra-
tus curant quod decuriones faciant electionem. ipsi ergo de
curiones faciunt magr̄atu instigante,& proponēte,quod no.
8 †item no. ꝙ de iure communi ad concilium ciuitatis spectat
e facere electiones officialium,& syndicorum.[e] facit j̈.l.procu
ratores,& sic non erit opus arenga,vel adunantia generali.a-
renga tamen illud,seu parlamentum,vbi non est aliquis supe
rior,habet ab initio concilium eligere,vt l.2.circa princ. ff.de
ori.iu.istud concilium sic electum postea repræsentat totum
populum,vt no.s̄.quæ sit lon.consu.super rub.de istis conci-
liis facit mentionē gl.optime in l.ita tamen,in prin.ff.ad treb.
† Vltimo no. ꝙ electio debet notificari electo.† item not.ꝙ
9 10 ille qui nominat aliquem indebitè,tenetur ad sumptus.

a ADD. Si non apparet.adde ad hoc omnino Ale.l.nulli.ff.quod cuiusque v-
ni.n.7.& quod ibi posui in apost.ad eum,ver.nomina singulorum,extra,de
his quæ fiunt à præla.sine consen.ca.

b Ale.vide quod no.Bar.l.vniuersa.s̄.de prec.Impe.off.Adde l.nulli, & ibi gl.
& Doct.ff.quod cuiusque vni.quod no.Bal.ibi post Gul.& Bal. esse verum,
nisi per collegium,& vniuersitatem fieret aliquis actus iurisdictionis,sed
vt daretur alicui simplex administratio, puta in ꝯstitutione syndici.ibidē
ver.nisi ille esset antiqor,ad hoc vide gl.in l.nulli, ff.qđ cuiusq; vniuersita
tis,istud dictum glos.tenet c.cum nobis olim,de elec.Dom.Ant.& Bal.l.fi.
de fid.instr.& rub.s̄.pro socio,& c.imperialem,§.præterea ducatus,de ꝓ-
hi.feu.alie.p Fed.sed aduerte,qa ego dubito de isto dic.Inn & Bart.qm̄ iu
ra,quę allegant,videlicet l.1.de albo scribendo,non probat,sed solū senib.
maiorem fidem esse dandā,sed non probat,quod antiquior possit exerce-
re actum iurisdictionalem in reliquos, ideo forte videtur esse verior opi.
Inn.quā posui in c.c.de ope.no.nun.quam refert,& sequitur do. Ab.c.2.de
his,quæ fiunt à maiori parte capituli.circa fi.vbi dixit, quod qn̄ non adest
ille,ad quem de iure,vel ꝯsuetudine spectat congregare,debent cōuenire
duæ partes,ad quos spectat ꝯuocatio aliorum,qa virtus vniuersitatis cō-
stat in duabus partib.lege,nulli,& l.plane, ff.quod cuiusque vni.no.& istā
opi.recte sequitur Pet.de Anch.in rep.ca.canonum statuta.de consti.in 2.
principali qō.illius quæsiti.& Lapus allega.131.vbi đt hoc procedere de ri
gore,sed de æquitate sufficit,fm̄ eum quod maior pars ꝯueniat,argu.l.qđ
maior,ad municip.pro quo facit quod no.do.Ant.c.cū nobis olim.de elec.
potes tn̄ saluare opi. Inn.d.c.1.de maio. & ob.vt procedat,qn̄ nō esset mo
dus,quod illæ duę partes,de qb.loquitur Inn.d.c.2.de ope.no.nun.possent
simul conuenire, vel possumus ēt dicere, quod si vniuersitas laicorum nō
habet caput,ptās ciuitatis erit eiuscaput,vbi vero erit vniuersitas clerico
rum,eps̄ erit caput.ita voluit Bar.l.nulli,circa princ.post gl.ibi.ff.quod cu
iusque vni.no.& ibi ver.sed si aliqui essent absentes,hoc intellige verum si
quirerent altiorem indaginem, tene menti quæ dicta sunt.

ADDITIO.

a Alex. ¶Et sic videtur velle Bar. quod vbi interuenit decretum in trans. trāsactio illa non possit rescindi. Sed an hoc casu locū habeat l. 2. s. de rescin. vend. Bar. ibi in ver. quæro vtrū hæc lex, etiam tenet quantum ad rei valorē non habet locum illa lex, sed quantum est ęstimationē illius dubij euētus litis. Et hoc idē firmat Bal. in l. ordo. de excep. rei iud. sed contra Bart. do. Flo. in d. l. 2. alle. tex. l. ꝙ si deferēte. ff. de dolo, & l. si quis superstite. eo. tit. & hoc etiam contra Bar. tenet Inn. in c. cum causam, de empt. & vend. quod imò d. l. 2. habeat locum in transactione quantum ad rei valorē, imò nullo modo habet locum secundum Bal. in d. l. ordo, qui indistinctè cōtra Bar. tenet do. Flo. per dicta iura, adde Bar. in l. si quis cum aliter, de verbo. obl. vide do. Ale. de Imo. in suo cons. 64. vbi concludit d. l. secundam nō habere locum in contractu transactionis, & ibi multos, & infinitos Doct. alleg. in ea. in ver. quid enim. De hoc tamen Bal. in c. 1. de contr. ouer. inuestit. & in l. nam ita diuus, de adopt. gl. & Ang. in l. de pupillo, §. qui operas, de operis noui nunciat.

LEX LX.

1 *Seruire per substitutum quando quis possit.*

NVLLVS qui nexu. Nō pōt qs seruire per substitutū, nisi ad
1 hoc hēat priuilegium. vel sit illustris. h. d. † No. ꝙ non potest
a quis seruire per substitutum *a* de quo no. per gl. in l. quisquis,
la j. s. de epis. & cle. & ff. de verb. obl. l. continuus. §. si ab eo. fa-
b cit l. inter artifices. ff. de solu. & quod ibi dixi. *b*

ADDITIONES.

a ¶Substitutū. Sed quid de Doctore, an possit per substitutum legere inuitis illis, quibus operas suas locauit, vide Fel. in c. 1. de sum. trini. Item quid vbi sit electa industria personę, an quis possit per alium expedire, vide ꝑ eum in c. vno delegatorū, de offic. deleg. Tu vide de hoc plenè per Anto. Cor. sing. suis in ver. substitutus, incip. volens seruire per substitutum.
b Ang. ¶In tex. ibi, periculo. No. quod vbi quis potest seruire per substitutū, semper debet substituere periculo suarum facultatū. Adde quod no. j. eo. l. neminem, & ff. de admi. tut. l. decreto.
Ale. ¶Bal. hic dicit per hūc tex. quod executor alicuius vltimæ voluntatis relictus in testamento non potest executionem alteri committere, nisi esset persona illustris, puta Episcopus, vel Cardinalis, secundum eum, facit quod scripsi in l. pen. de prin. agen. in rebus. Alex.

LEX LXI.

1 *Ciuitas Perusina non subest Imperio, nec Ecclesiæ.*

a NEQVE. *a*Ad euidētiā scias ꝙ filij nati ante dignitatem nō
excusant̄ à curia, arg. l. fi. j. e. Fallit hic in Dorotheo, & Ireneo,
vt hic est casus. & h. d. lex, q̄ dicit ꝙ filij, q nō sequūtur patris
ꝯditionē, sequūtur matris ꝯditionē, non hēt locū in filiis. in
quib. hoc speciali priuilegio ꝯceditur. h. d. Facit hæc lex ꝙ ci-
1 uitas Perusina non subsit Ecclesiæ nec Imperio. †Et si dicas,
quicquid non subest Imperio, est sub ecclesia. ꝯcedo, nisi ciui
tas aliqua, nō subsit Ecclesiæ ex priuilegio ꝯcesso: sed ciuitas
Perusina est huiusmodi, nā Imperator donauit eam Ecclesiæ
seu permutauit cum ea, & ex priuilegio ecclesia liberauit eā.

ADDITIO.

a Ang. ¶No. in isto prin. ꝙ in fauorem certæ personæ pōt fieri lex specialis, & singularis, ita ꝙ non habeat locum in aliis. Concordat j. eo. l. Doctitij, & etiam in odiū videtur quod possit fieri ad vtilitatem Reipublicæ, l. vēditor. §. si constat. ff. cōia prædio. & ibi plenè per Cyn. in addi. suis, nisi talis lex esset contra contractum celebratum per Rempublicam cū priuato: quia tunc cum Respublica sit obligata priuato, non potest ipsamet suam obligationem dissoluere per suam legem, vt l. quod semel. ff. de decret. ab ord. fa. & ibi per Doct. Ang.

LEX LXII.

a SI ILLE. *a*Duo dicit, qui est obligatus curiæ rōne originis,
eam declinare non pōt, & si curia non molestauerit patrem,
filium molestare non poterit. h. d. Not. quòd si pater alicuius
habitauerit in aliqua villa, & ipse non fuerit vocatus ad mu-
nera, quòd filij eius inquietari non possunt. h. d.

ADDITIO.

a Alex. ¶Dicit Ang. in l. 2. s. de iis, qui latrones, quod ex isto tex & d. l. 2. sunt assumpta illa verba, quę ponūtur in sentētiis maleficiorum, dum dicitur, sub examine domini Potestatis iudicis maleficiorum, de quibus per eundem Ang. in §. omnes vero maleficiorum, in auth. de litigiosis, vbi dixit, ꝙ per talia verba dicitur iudex maleficiorum etiam consensisse sententiæ, intantum quod si quid mali acciderit, ipse etiā tenetur in syndicatu, de quo per Aret. latè in sua practica maleficiorum in verbo, de cōsensu omnium, & in ver. sub examine domini.

LEX

LEX LXIII.

DOCTITII. Primò concedit priuilegium Doctitio.secũdo dicit quod illustris dignitas liberat quem à curia.

LEX LXIIII.

1 *Seruiens per substitutum hoc facit periculo suarum fortunarum.*

NEMINEM. Primò ponit certas dignitates,quę non liberāt à curia. Secundò indulget priuilegium vt possit quis seruire per substitutum. Tertiò dicit quòd non habet locum in his, qui habent dignitatem ante Imperatorem conditorem præsentis legis. Quartò ponit quasdam dignitates,quæ omnino liberant à curia. Secunda ibi,ne tamen. Tertia ibi, eos vero.
1 Quarta ibi,hos autem.†No.in ver.nec tamen.quod eo casu, quo quis potest seruire per substitutum, hoc debet facere periculo fortunarum suarum. facit ff. de admi. tuto. l. decreto. Not.quòd hæc lex determinatur per sequentem.

LEX LXV.

1 *Lex facta in priuilegium alicuius,statim incipit habere effectum.*

a DIVAE. *a* Primò repetit verba præcedentis constitutionis
1 ad literam.Secũdò eam determinat.Secunda ibi,is enim.†No. ex isto fin. quod licet regulariter constitutio noua non sumat effectum,nisi post duos menses, vt in auth.vt nouæ constitutiones. tamen si lex est lata in priuilegium alicuius, statim incipit habere effectum. hoc dixi, in l.j s̃. de summa Trinitate & fide catholica. in l. omnes populi. ff.de iust.& iure, in quæst.quam feci,à quo tempore ligent statuta.

ADDITIO.

a Ale.¶Diuæ.Per istum tex.Bar.in l.omnes populi,in q.5.principali infert,ꝙ si statutum dat præmiũ capienti bannitum, capiens habebit præmiũ, etiã si ignoret de statuto,quia vbi statutum confert cõmodum, statim operatur effectũ suum,& prodest etiam ignoranti,vt hic. quod intelligit verũ, si ille qui capiebat,sciebat esse eũ bãnitum,alias nõ videtur sua opera captus, arg.l.si is qui.§.quod si seru.ff.de acq.rer.dom.sed ꝯrium tenuit Bar. quod præmium quæratur solũ scienti.l.fi.de constit.prin. & l.qui absenti. in prin.ff.de acq. poss. cuius solutione vide Matthe.in repe. oẽs populi.in ver.10.dicit hoc Bar.vide Bar.& quæ ibi scripsi in l.3 s̃.de delatorib. Item per istum text.dicebat Abb. vt refert Ro.in l.si quis in graui.§ de his.ff.ad Syll. quod statutum pure imponens pœnam offendenti decurionẽm, vel antianum,habet locum in antiano de proximo remoto. Facit l.fi.ff.eod.ti. l.frustra.s̃.de sent.pas.sed Ro.in d.§ de iis determinat contrarium, cuius opi.videtur sequi Are.in maleficiis,in verbo,Caium Sempronium.

LEX LXVI.

1 *Casus repertus ad aliquid faciendum vltra certos modos adid inuentos, non videtur de illis.*

CVRIALIBVS. Primò ponit intentionẽ cõditoris præsentis legis.Secundò ponit suum statutũ connumerando duodecim dignitates, quæ liberant à curia. Tertiò remouet oẽs alios modos, per quos contingebat liberatio. Secunda ibi,si quis.
1 Tertia ibi,ex quo autem. ¶†No.quòd quandocunque sunt certi modi ad aliquid agendum,vel tollendum,casus vltra dictos modos repertus non videtur de illis, vt hic,argum.ff.de his qui sunt sui,vel alie.iur.l.patre furioso.dic vt ibi dixi.

¶Si seruus,aut libertus ad decurionatum aspiraue. Rub.

LEX PRIMA.

SI LIBERTVS. Libertus quando habet ius annulorum aureorum,nec est restitutus natalibus, cum pœna remoueatur à curia.h.d.Dicit gl.quòd hęc l.hodie corrigitur,cum per solam manumissionem consequatur ius annulorum aureorũ, per auth.sed hodie.s̃.de iure aureor.annulor. quæ sumitur in auth.vt liberti de cætero.in prin.

LEX II.

1 *Tabellionatus officium non est dignitas,nisi tabellionatus curiæ Principis.*
2 *Dispensare super defectus personæ electi,quando quis præsumatur.*
3 *Iudex quando possit se excusare allegando infamiam.*
4 *Fama publica dat iustam causam credendi.*

PRAESES. Si seruus scienter patiť se ad dignitatẽ vocari,remouebitur,& punitur:si aũt ignoranter,reuocabitur tãtùm. h.d.Oppo.Primò s̃.qui mil.non poss.l.pe.& fi.Solu.hæc l.determinať per illam si fuit sciẽs intra 30.dies. Oppo.j̃.de tab.l. generali. Sol.prædicta loquiť qñ nõ ad dignitatem vocatur,
1 sed qñ ad munus,seu ad officiũ.Ita dicit gl. †& sic tene quod
a officiũ tabellionatus non est dignitas.*a* tene menti. Idẽ not. in d.l.pen.& fi.qđ est verũ, arg.s̃.tit.j.l.vniuersos.nisi esset tabellio curię Principis,arg.s̃.ti.j.l.neq; Dorotheũ,& s̃.de mãd.
b prĩ.l.j.*b*¶Opponiť ꝙ ex dignitate efficiať liber.l.Barbarius.ff. de offi.præto.Solu.Ibi loquiť in pp̄lo Romano,qui potuisset facere si sciuisset: hic verò erat electus ab ordine decurionũ
2 qui non põt facere eum liberũ. ¶†Ex quo no.quòd qñ defectus est in persona electa, talis super quo eligẽs poterat dispẽsare,præsumitur dispensare,si scit, vt l.quidã cõsulebant.ff.de re iu.no.s̃.de nup.l.imperialis.vel si est verisimile,quod dispẽ
c sator sciret, vt l.Barba.præall. Si autem dispensare non pote-
3 rat,vitiatur electio,vt hic.*c*¶†Et per hãc l.põt reprobari opi. Inno. quę dicit qđ iudex non põt se excusare allegando infamiam,nisi opponatur ab alio, per l.nec infames.s̃.tit.j. & hoc no.in cap.sciscitatus extra,de rescr. Vnde vides,quòd iste punitur,si patiatur se eligi indignũ. debet enim manifestare cõditionẽ suam.Tex.est vnà cum gl.ff.de re mil.l.qui cum vno. §.2.& 3.Nec ob.l.nec infames.quia dico quod infamia nõ est immunitas:nõ enim potest dicere,debeo esse immunis,quia sum infamis,sed debeo dicere,non possum esse iudex,q̃a sum infamis.& hoc est verum, si eius infamia est cognita per aliũ, quia fuit condemnatus, aliàs non debet suam turpitudinem manifestare,vt l.eleganter.§.j.ff.de pig.act.& l.qui iurasse.§.si
4 pater.ff.de iureiu.& ibi dixi. ¶†Item no.ꝙ iusta causa credẽdi est fama publica,quod facit ad multa,& maximè si accusator non probat maleficium, reus verò probat se nõ cõmisisse maleficium,& publica fama erat, ꝙ ille commiserat maleficiũ,qđ excusatur à calumnia & falsitate. quod est verũ, nisi tempore accusationis esset publica fama in ꝯrium,nam tunc sequens fama tollit effectum primæ, vt l.2.§ j.ff. quis ord.in bo.pos.& facit l.fin.ff.de hær.insti. Et hoc vult dicere tex.hic dum dicit,habetur,&c.intelligitur tũc cum fuit electus.facit s̃.de test.l.j.& no.gl.hic in fi.hæc omnia tene menti.

a ADDIT.Alex.Loseus.¶Non est dignitas.Adde Bart.in suo consi.incip.ser. Ioan.de Castro Durati,& in cons.174.

b Ale.¶Prin.l.1. Vide aliquid per Bar.de tabular.l.fi.& per Bar.in l,eandem, ad l.Iuli.repe.Adde quod dicitur officium,non dignitas,vt est tex.in c.sicut.ne cleri.vel mona.& in c.vt officium.in §.ad conscribendas.de hær.li. 6.Sed fallit in casu hic per Bar.posito,& ideo dicit Ang.no.in consi.32.qđ statutum requirens promotum ad officium debere soluere gabellam,cõprehendit etiam tabellionem, & ideo tenebitur soluere gabellam, quod non procederet tamen in tabellione Principis,per no.per Bart.hic.Et adde,qđ officiũ notariatus est ars,l.medicos,j̃.de profes.& med. vbi scientia legalis est magisterium. dixi post Bar.in l.3.ad l.Iul.repe. In ea.l.in ver. ex quo not.adde Bar.& Ang.in l.quidam consulebant.de re iudi.si dispẽsans eum promouit.Secus si alium actum faceret.quod non videtur inhabilem dispensare, secundum Imol.ibi,per cle.fi.de sent.excom.Adde Ang. in l.libertus aduersarij.ff.de in ius voc.per illum text.vide Imo.in d.l.quidam.adde Bal.in l.imperialis,§.similes,s̃.de nup.per illum tex.vbi dixit,si Papa promouet spurium in Episcopum ex certa scientia, videtur eum legitimare,per tex.in d.l.quidã. & in l.Barbarius.in ea.l.in versi.& per hanc l.adde quod dicendo se infamem,non excusatur.imo in l.quidam consulebant.s̃.alleg.in ea.ver.item not.& ideo solent dicere testes esse famam de testificatis per eos.de quo in d.l.si mater.ne de stat.def.& in c.illud. & ibi no.de præsum.& l.de minore.in fi.de quæst.

c Ale. ¶Hic.De hoc dic,vt per Ian.in c.veniens.de fil.præsbyt. & per Bar.in l.quidã ꝯsulebant.ff.de re iud.Facit quod not.gl.& Doct.in l.fi.s̃.si contra ius,vel vti.pub.& vide quę no.gl.& Io.And.in c.2.de schis.& in c.1.de ęra. & qual.in 6.& quod no.in c.nihil.de elect.& quod no.gl.in c.statutum.de rescrip.in 6 & tex.in l.item Vlpianus.ff.de excu.tut.& Pet.de Anch.in cle. 1.de præb.&glo.in c statutum.in prin.in ver.canonici.& glo.in ver.literarum.de rescript.lib.6. per Ang.& Imo.d.l.quidam consulebant. Alex. Adde quod si sciuisset ipsum seruum, verisimile est, quod ei libertatem donasset,ex quo vocauit eum ad dignitatem.

¶De prædiis decurionum sine decreto non alienandis. Rub.

LEX PRIMA.

1 *In Italia consiliarij,& decuriones vendunt res suas libere.*
2 *Decretum quando petitur interponi, debent causæ sigillatim exprimi, & solenniter probari,& nu.3.*
4 *Decretum iudicis interpositum in contractu venditionis, quod tollat remedium l.2.de rescin.ven.item tollit exceptionem doli,vel metus.*
5 *Occulte dicitur fieri,quod fit sine decreto,quando decretum est necessariũ.*
6 *Emptor ex contractu nullo non lucratur.*

SI QVIS. Decuriones nõ possunt vendere bona immobilia sine decreto,aliàs nõ valet venditio,& emptor perdit pretiũ, & restituit rem cum fructibus.h.d.Ante omnia sciendum est,
1 quòd istas leges vsus non approbauit. ¶†In Italia enim decuriones & ꝯsiliarij vendunt res suas liberè,prout eis placet.
2 Dicit tñ gl.no.ꝙ†qñ petitur interponi decretũ, debẽt causæ sigillatim exprimi, vt hic, & l.magis puto.§.non passim.ff.de
a reb.cor.*a*¶†Item no. ꝙ dictæ causæ debent solenniter pbari,aliàs non tenet decretum,vt l.j.§ hæc verba.ff.ne vis fiat ei.
3
b & l.cum vero.§.subuentum, de fideicom.lib.*b*¶†Item not.
4 quòd decretũ operatur, ne quis possit cõqueri de deceptione vltra dimidiam iusti pretij,vt hic in text.no.ibi, vt nec immoderatus vẽditor,nec emptor cuius sit cõditionis inueniatur iniustus,&ad hoc est necessaria confirmatio iudicis,vt habuistis in l.si quis spontaneos.s̃.tit.2.Itẽ operať decretũ,vt qs non

ADDITIONES.

a Ale.¶Borum.Vide de hoc Bal.in c.1.qui feu.dar.poss. & quod no.in l.quicunque.§.fi.de publ.

b Alex.¶Lib.istam l.allegat Bal.in l.fi.in octauo contrario.s̃. de edic.diui.quod protestatio iudicialis semper debet cõtinere causam, aliàs nõ valet.vide ibi per eum & quæ habentur in l.non solum.§.morte.ff.de oper.no.nunc.

a ñ possit de dolo, vel metu cõqueri, [a] vt hic. Itẽ si fiat ĩ psentia
b cõsanguineorũ, vel amicorũ. [b] l. trãsactionẽ. s̃. de transac. & l.
c non est verisimile. ff. qđ met. cau. [c] † Itẽ no. quòd occultè dr̃
5 fieri, qñ aliquid fit sine decreto, qñ decretũ est necessariũ, vt
d habuistis s̃. de his, qui expu. ratio. l. 2. & ibi dixi. [d] † Item no. ꝙ
6 vbi contractus est nullus, emptor non lucratur fructus, vt ha buistis s̃. de fide instru. & iur. hastæ fisc. l. 1. in fi. & qđ ibi dixi.

ADDITIONES.

a ¶ Cõqueri. Adde Bal. in l. iubemus. C. ad Treb. & Pau. de Cast. in cõsi. 77. & And. Barb. in suo cõsi. incip. primo die, &c. qđ est post cõsi. Alex. 52. 4. part.

b ¶ Vel amicorũ. Adde an decretũ iudicis, de quo hic, suppleat consensum cõsanguinei, vel amicorũ ꝑ statutũ reqsitũ qñ nolunt cõsentire, vide Bal. in rub. s̃. de cõtrah. emp. q. 24. Et qđ si ꝑ statutũ reqreretur ꝯsensus & decretũ iudicis, no. idẽ l. si furiosi. s̃. đ nup. & Ant. Cor. sing. suis, ver. ꝯsensus.

c Ale. ¶ Cau. Videtur in contrarium l. si quidẽ. de præd. min. vide ibi Bar. nisi dicas, ꝙ ibi erat minor, & sic illud decretũ nõ cõfirmabat contractũ, sed certe etiã hic ad validitatẽ cõtractus requiritur authoritas iudicis, & vide do. M. in l. pacta nouissima. s̃. de pact. & vide Bar. & Bal. in l. j. s̃. de ꝑscr. 30. ann. An aũt hoc sit verũ si nõ admittatur probatio in cõtrarium. Io. de Imol. & Mod. in l. si quis cũ aliter. de verb. obl. tenent ꝙ admittatur iuxta materiã, l. siue possidetis. de proba. quod tñ latius prosequere in d. l. si qs cũ aliter. de verb. obl. Adde Spe. in tit. de empt. & vend. §. nunc dicendum restat. ver. & brẽ scias. vbi dicit ꝙ semper ꝑsumitur pro decreto iudicis qđ oĩa requisita interuenerint, quod voluit etiã Bal. in l. cũ ij. §. prætor. ff. de trãsa. & l. quæcunq;. s̃. de bo. q̃ libe. & in l. fi. de præd. min. Facit ad hoc l. ab ea parte. de prob. & c. in præsentia. extra eo. Bal. in l. cũ te. de ꝓba. & l. j. §. quod obseruari, de iur. cal. in ver. quæro. de ista q. vide in cõsi. do. Ale. nu. 3. in ver. no. pulchrã limitationẽ. ad l. 2. s̃. de rescin. vend. Sed ꝯ hanc põt adduci tex. in l. si quidẽ. s̃. de præd. mi. vbi minor restituit aduersus cõtractũ suũ cũ decreto. Sed forte põt rñderi ſm quod dicit glo. in l. ait prætor. §. quod tñ. ff. de minor. videlicet ꝙ tex. d. l. si quidẽ, loquitur in vẽditione necessaria, puta ex cã rei iudicatæ, ideo nimirũ si facilius restituitur minor. Secus aũt in venditiõe voluntaria, in qua si iudicis authoritas interuenit, nõ restituit. cogita de ratiõe diuersitatis, adde in eo, qđ dicit hic Bar, Bal. in l. transa. s̃. de transa. & cũ opi. Bar. hic trãsit do. Abb, in c. dilecti. ad fi. de empt. & ven. sed Bal. tenet ꝯ Bar. in l. 2. s̃. de rescin. vend. in lect. & repe. & Imo. & Ro. in l. si quis cũ aliter, & do. Abb. c. non iam. de empt. & ven. tenent etiã ꝯ Bar. quia licet decretũ excludat ꝑsumptionẽ deceptionis, non tñ excludit probationẽ in cõtrariũ, sicut in minore vẽdẽte cũ decreto, tñ audit in restitutiõe, in l. si prædiũ, & l. magis puto. § pe. de reb. eor. Ad idẽ ſm do. Abb. in c. 1. de reb. eccl. nõ alie. in 6. cũ opi. Bal. trãsit etiam Ang. hic.

d Ale. ¶ Dixi. Quid dicatur occultum, vide per Bal. in l. ea quidem. de accu. & ibi dixi. Et ad Bart. adde eundem in l. sciant. s̃. de his, qui ex pu. ratio. & tenet glo. in c. fi. in ver. clandestinæ. de cland. desp. per Ang. in l. in tacitis. in princ. de leg. 1. per Bart. in l. non intelligitur. in §. tacita. de iure fisci. per Bar. in l. pupillus. §. fin. de auth. tuto.

Ang. ¶ Hoc verum de extantibus, vt hic. An autẽ teneatur de consumptis, dic vt l. si fundum. s̃. de rei vendi.

LEX II.

NEC VENDITIO. Venditio rerum, & liberatio debitorũ ad curiam pertinentium non debet fieri sine decreto curię, & quicquid redigitur, debet reuolui ad curiam. & eodem modo debent fieri locationes. Scire debes quod lex præcedens, & sequens loquuntur de venditione rerum curialium, hæc lex loquitur de venditione rerum ipsius curiæ, hoc est totius
a collegij. Hoc præmisso casus est clarus. Gl. j. [a] facit multas remissiones, quam not. s. qualiter vendantur res curiæ, & res ecclesiæ, & similium locorum.

a ADD. Ang. ¶ Gl. j. No. ex ista gl. oẽs, in quib. est necesse decretũ interponi. cũ eorũ res venduntur. Itẽ adde aliũ, s. minorẽ, cuius res sine decreto nõ alienantur. s̃. de præd. min. per totũ, nisi in casib. qñ decreto opus non est. In eadẽ ibi, sed Pla. no. istã opi. Pla. quod licet curatori ciuitatis possit solui, & solutionẽ recipiendo liberet debitorẽ, tñ tunc est necesse quod decretum iudicis interueniat, per hanc l. De quo ꝑ Doct. in l. ciuitas. ff. si cer. pet. Et per hoc dico quod procurator cõstitutus ad exigendum, non põt confitendo liberare debitorẽ domini, nisi forte decretum iudicis interueniat. Ideo semꝑ sis caut⁹, vt decretũ facias interponi. Et licet in ꝑiudiciũ fisci, vel domini talis cõfessio nihil operetur in præiudiciũ confitentis, s̃. de conueni. fis. de. l. 2. & l. 3. & ibi dixi, s̃. de fide instru. & iure ha. fis. & s̃. ne fis. rem quam ven. euincat. l. j. facit quod no. ff. de pub. l. fi. §. si quis ꝓfessus.

LEX III.

1 *Verbum, venditio, in casu huius l. strictè accipitur, & est speciale.*
2 *Precium proprie adaptatur ad contractum venditionis.*
3 *Causæ cognitionem requirentia delegari non possunt.*
4 *Instrumenta, quæ celebrãtur per consiliũ ciuitatis, debent dicere, cõuocato consilio ad sonum campanæ, in quo fuerunt omnes. vel maior pars.*
5 *Sententia iudicis requiritur in confirmatione venditionis.*
6 *Confirmare est decretum interponere.*

CVRIALES. Decuriones nõ possunt vendere sine decreto, alios aũt ꝯtus non prohibentur celebrare, & decretum non
a potest interponi sine consensu maioris partis decurionum. [a]
1 ¶ † No. ꝙ verbũ venditionis, hic accipitur strictè, qđ est specialissimũ, vt dicit gl. aliàs secus, vt l. statu liberi. ff. de statulib.
2 No. ꝙ † verb. pretiũ, propriè ad ꝯtũ emp. refert. ꝯ in l. 2. §. j. ff. de ꝯh. emp. & qđ no. in l. j. §. pen. ff. de superfi. quod tñ examina, vt dixi plenè in q. quã disputaui, q̃ incipit, publicanus qui-
b dam, &c. [b] Dic ergo ꝙ decuriones, quorũ requirebatur consensus, vel præses, cuius requirebatur decretũ, volebãt ab emptore aliqd solui nomine eius, vel rõne ꝑsonæ, vel causę, vel ad ludũ theatralẽ, sicut dicimus qđ dño soluitur aliquid qñ cõsentit emphyteuta, vt l. fi. s̃. de iure emphy. qđ hic Impera-
3 tor probat. ¶ † Quæro, quid vult dicere tex. cũ dicit, nec ex tabella decretũ recitari, dicit gl. j. ꝑ delegatũ, qa causæ, q̃ cognitionẽ desiderãt, nõ possunt delegari, vt l. nec quicq̃ §. vbi decretũ. ff. de off. procons. sed recordor me aliter inuenisse hũc tex. positũ in quibusdã scriptis antiqs, s. qđ olim cõsueuerunt vocari decuriões ad sonũ tabellæ, sicut facit ecclesia die Veneris sancti. Dicit ergo Imperator qđ nõ sufficit decuriones esse vocatos ad sonũ tabellæ, nisi saltẽ duæ partes sint præsen
4 tes. † Vnde facit ꝙ nõ sufficit in instrumẽtis, si dicatur cõuocatis & ordinatis decurionib. ad sonũ cãpanæ, &c. Sed requiritur ꝙ dicatur, in quo fuerũt oẽs, vel maior pars, vt s̃. ti. ꝓxi. l. nominationũ. An aũt nomina consiliariorũ debent scribi,
c dixi in l. j. ff. de albo scriben. & ibi vide q̃ dixi. [c] Item not. ꝙ ex hac l. datur mã inueniendi fraudes, vt possint decuriones in fraudẽ donare, vel ꝑmutare. de qua fraude si cõstaret nõ valeret actus. all. arg. l. sed Iul. §. mutui. ff. ad Mace. sed quia actus huius alienationis constare nõ poterat, & curiales nimis depauperabãtur, facta est hodie vna cõstitutio, per quã omnes actus huiusmodi alienatiõis sunt prohibiti fieri sine decreto, vt in auth. de nat. libe. cu. depu. §. codẽ. col. 4. quã constitutionem quidã libri non habẽt, & gl. de ea nõ facit mentionem. vnde ponã hic vnã auth. quã ibi trado per hæc verba quę sequũtur. Hodie venditiones simplices, & omnẽ actum alienationũ immobilium cõtingentẽ vult noua cõstitutio decreto
5 subiacere, exceptis donatiõib. pp nuptias. ¶ † Itẽ no. in fi. l. ad confirmandũ venditionẽ præferri sententiã iudicis, quod facit ad id quod dixi in l. si quos spontaneos. s̃. tit. 2. facit etiam quod in decreto ponantur hæc verba, Dictus iudex dictam sententiam confirmauit, & suam authoritatem interposuit.
6 † Cõfirmare enim est decretũ interponere, vt hic in fi. quod tene mẽti, & dictã auth. quilibet vestrum ponat in libro suo.

a ADDIT. ¶ Decurionum. Vide per Bar. in l. 2. s̃. de vsu. pro emp. & quod no. Imo. in l. filiusfam. in §. diui. ff. de leg. 1.

b ¶ Quidã, &c. Adde ad hoc tex. iuxta fi. ff. de contrahen. emp. & adde quod vbi est pretiũ, ibi intelligitur esse vẽditio, vt voluit gl. hic in ver. intelligi, & no. Bal. in l. si culpa. ff. de rei vend. vide Bar. in consi. inci. in Christi nomine amen. super primo puncto dico gabella. Adde tñ ꝙ aliqñ emptio, q̃ habet pretium ponitur pro locatione, & hoc qñ emo aliquid annuatim, vel ad certũ tp̃s, ſm Bar. in l. cotem. §. qui maximos. ff. de pub. & ibi scripsi. Itẽ adde not. Bal. in l. q. se patris. s̃. vnde li. qđ vbi Princeps recipit ꝑtium pro feudo, & in rescripto dicit, indulgemus tale feudum, ꝑsumitur venditio, adeo qđ nõ põt amplius vasallus feudo priuari. Cui adde in materia tex. & ibi gl. in l. si quis ante. ff. de acquir. pos. vbi verũ pretiũ nedum refertur ad venditionem, sed etiã ad locationẽ. Adde l. apud Celsum. §. sed cum. de doli excep. & in l. dotem. ff. de iur. dot. & ibi dixit Bal. qđ stante statuto qđ de pretio cuiuslibet rei deducto in ꝯctu soluatur gabella, qđ statutũ ꝑdictũ restringit ad ꝯctum venditionis. Quod tñ intellige, vt ibi habes ꝑ eũ, & quod in dubio, vbi fit mentio de pretio, pręsumitur emptio & vẽditio, tenet Bal. ĩ l. Gallus. §. & qđ si tm̃. ff. de lib. & posth. vbi alle. gl. ĩ l. illicitas, de off. præsi. nisi esset pretij quãtitas parua, qa paruitas pretij facit ꝑsumi donationẽ ſm eum, per l. 1. §. 1. in gl. de superficiebus. vel nisi omnino exprimeretur alia expressio tituli, vt in cessione actionis pro aliquo pretio ſm Ioã. And. in add. Spe. in ti. de cessio. act. in add. q̃ incipit rigorosum, de quo per Bal. omnino in l. pro diuersis, in l. Caius. de inter. actio. vbi dicit quod nisi probetur certum pretium, non est probata venditio, quod no. ¶ Quæro circa secundam partem, quid vult dicere tex. quod ille, qui cõparauit, non debet dispendium habere ratione personæ, vel causæ, vel theatralis liberalitatis. Dicit glo. quod emptores talium prædiorum aliquid conuenerant dare ad ludum theatri. Hoc non placet: quia si conueniret dare ad ludum, licite deberent dare, vt l. legatum. ff. de vsufr. leg.

c Ale. ¶ Dixi. Quæ ꝑtes ꝯuocãdorũ reqrũt ĩ collegio, vel vniuersitatis ꝯuocatæ, adde l. nulli. & ibi gl. & Bal. ff. q. cuiusq; vni. & de hoc vide in l. 1. s̃. de albo scri. & Spe. ti. de Syndi. ĩ pri. idẽ tenet. Dicit tñ Ang. ibi qđ stat notario dicẽti ĩterfuisse duas partes, alle. Io. An. & ibi ꝑ eũ in l. fi. de ve. re. ciui.

¶ Quando, & quibus quarta pars debetur ex bonis decurionum, & de modo distributionis eorum. Rub.

¶ De prima parte rubricæ tractatur in l. 1. & 2. de secunda parte rubricæ tractatur in l. fi. & aliquid in l. 2.

LEX PRIMA.

1 *Ius optimum optimum dicitur habere, qui habet actionem.*
Ius bonum, qui habet exceptionem.
Ius melius, qui habet exceptionem, & iudicis officium.

SI DECVRIONVM. Si extrane⁹ succedit alicui decurioni, dẽt curia hr̃e quartã. h. d. † No. đ significatiõe hui⁹ verbi, iure
1 optimo. Tũc. n. dr̃ qs hr̃e ius optimũ cũ ꝓ eo ꝓsequẽdo hẽt actionẽ. bonũ aũt ius dr̃ hr̃e cũ qs pt se exceptiõe tueri, vt l. q̃ uis. s̃. đ vsur. Meli⁹ aũt ius dr̃ hr̃e, q exceptionẽ, & iudicis officiũ hẽt, vt l. bonæfidei. s̃. de vsu. & hoc no. ad q. de illo qui ali-

quam

a quam rẽ in alium transtulit, & promisit *a* facere bonum ius,
melius,vel optimum,ad qd teneatur,rñsio patet ex pdictis.

ADDITIO.

a Ale.¶Promisit.Nã si promittit bonũ cedere ius,liberatur transferẽdo tale
ius,ex quo competat exceptio.Si vero promittat melius, liberat̃ transfe-
rendo ius,ex quo teneatur iudicis officio.Si vero pmittit cedere optimũ,
non liberatur,nisi cedat actioné efficacé.Ita voluit gl.sing.hic, & Bart.de
quo etiam hic & Bar. de quo etiam hic per Ang.Adde tamen gl.huic simi
lem in l.j.s̃.de vsuris,& qđ no.in l.si fideiussor.§.in verbo,possit s̃.de pig.

LEX II.

1 *Verbum particula,intelligitur de quarta.*
Partis appellatione venit dimidia.
Pars adiecta parti facit partem partis.
2 *Diuisio non est fienda de qualibet re,ne patrimonium corrumpatur.*
3 *Filius non potest pro sua legitima possessionem rerum hæreditariarũ propria authoritate acquirere.& num.4.*
5 *Hæres in casu huius legis facit diuisionem,aliàs diuisio fit iudicis officio.*
6 *Electio in diuisione in casu huius legis dirimitur sorte,aliàs inter priuatos iudex assignare potest cui vult.*
7 *Ratio quare expediat à communione recedere.*
8 *Actio ad exhibendum quòd nõ datur pro immobilibus,quia de se patent.*
9 *Ille cuius interest,potest petere ab eo,qui diuidit pondera,vel hæreditatẽ, qualiter æstimet partes.*
10 *Mobilia non debent patefieri in diuitibus.*
11 *Tutor non debet dare copiam inuentarij, quando ab eo petitur, maxime mobilium,& quando.*
12 *Iuramento hæredis creditur de mobilibus, & rebus minutis hæreditatis.*
13 *In diuisione mobilium partes debent esse præsentes.*

MEMINIMVS. Curiales dẽnt habere quartã extraneo suc-
cedẽte curiali, nõ tñ đ singulis reb.sed facta oĩum diuisione,
1 put hęc lex exprimit.h.d.vsq; ad §.ad filiorũ.¶†Not.primò,
ꝙ dicit particulã,i.quartã rei,vt dicit gl.j.Idẽ in l.si qs in suo.
s̃.de inoff.testa.vbi appellat minusculã,qđ pcedit ea rõne,qa
a appellatione partis intelligitur de dimidia. *a* vt l.nomẽ filia-
rũ.§.portiõis.ff. de verb.sig.sed particula,& similia diminuũt
medietatẽ partis, vt hic. Pro hoc facit ꝙ pars adiecta parti fa-
cit partẽ partis,vt l. 5.§.si plures.ff.de dã.infec.& ibi dixi. Præ-
2 dicta vera, nisi rõne adiuncti aliud appareat. ¶†Scđò not.ꝙ
non dẽt fieri diuisio cuiuslibet rei,ne p̃rimonium corrumpa
tur.ff.de le.j.l.nõ amplius.§.fi.cũ l.seq.facit qđ no.s̃.ad l.Fal.l.2.
3 ¶†Itẽ no.ꝙ ille, qui dẽt habere quartã,nõ põt ppria autho-
ritate possessionẽ ingredi,vt hic,cũ dicit,curiã non posse sua
authoritate occupare.Sed ꝯ hoc opp.de eo qđ no.s̃.in l.non
dubiũ,de legib.vbi licet hæredi vniuersali totũ occupare pro
pria authoritate nemine possidẽte,vt l.cũ hr̃des,in prin. ff. de
acq.poss.facit no.in l.fi.s̃.de edi.di.Adr.tol. ergo eadẽ rõne ei
cui cõpetit pars bonorũ,vt l.itẽ veniunt.§.ait senatus, de pet.
hær.& l.j.si pars hær.pe.Sol.Illud est verũ,qñ alicui est debita
certa portio rei simpliciter & indeterminatè,secus si non sim
pliciter,& determinatè,vt hic.Nõ.n.dẽt curia habere partem
cuiuslibet rei,sed hæres dẽt facere diuisionẽ. ¶Itẽ est in ele-
ctione hæredis vtrũ velit noĩa apud se retinere, data alia par-
te curiæ,an velit ea cõmuniter exigi,vt in verbo,exigẽdi. Ad
idẽ qđ dr̃ de legatario, qui nõ põt licitè occupare legatũ im-
4 minente Falcidia,vt s̃.quo.lega.l.j.& ff.eo.per totũ.¶†Ex his
puto qđ filius pro sua legitima nõ soluta,nõ possit possessio-
nẽ sua authoritate occupare,quia nõ debetur sibi simpliciter,
& indeterminatè in qualibet re, cũ debeatur sibi ære alieno
deducto, nescitur quãtũ sit:iõ dico qđ si ingrediatur, nullius
partis possessio ei q̃ritur, qa sua legitima incerta est rõe loci,
qa p indiuisò,vt l.Mæuius.§.duob.ff.de leg.2.¶Itẽ rõne quo
tæ,quia nescitur vtrũ quarta,tertia, vel millesima pars prędæ
ei debeatur pp incertitudinẽ æris alieni, vt in l. in fideic. ff.de
vsur.& l.j.§.hæc verba. ff.si cui plus quàm p l. Fal.ergo posses-
b sio non q̃ritur.l.3.§.incertã,& l.locus.ff.de acq.pos.*b*¶†Not.
5 etiã ꝙ hr̃s dẽt diuidere, hoc puto speciale, aliàs totũ hoc ex-
pedire‍t̃ officio iudicis,si partes non ꝯcordant,vt d.l.non am-
plius.§.fin.cum l. seq.de legatis j.& Instit.de offic. iud. §. si fa-
6 milię.¶†Itẽ no.qđ cuius sit electio dirimitur sorte,*c* hoc po
c test dici speciale hic,in aliis aũt diuisionibus.ĩter priuatos iu-
dex põt assignare q̃ partẽ vult cui vult,vt d.§.si familiæ,nõ tñ
dẽt dare electionẽ minori, nisi in casu s̃. de his qui se deferũt.
l.j.j̃.de met.l. 2. cuius tñ fit electio põt in sorte ponere.ar.l.fi.
d in prin.s̃.cõmu.de leg.*d*¶†No.rõnem quare expediat à com
7 munione recedere,*quia nãle vitiũ est,vt in tex.ista tñ ratio
* nõ vrget,quia ex hoc minor posset puocare ad diuisionẽ,sed
e non põt,*e* vt l.si pupillorũ,in prin.ff.de reb.eor.nisi habeat so
ciũ vltra cõmunẽ modũ rixosum, vt s̃.de sac.san.eccl. l.iube-
8 mus,in prin.ibi,prædia diuidunt̃,&c.&ibi per Cy.†No.etiam
in ver.sed vbi,qđ res immobiles p se patẽt, & p eis non põt
agi ad exhibendũ,dicit gl. ex hoc sequit̃ ꝙ leges loquẽtes de
oblatione, & ꝯsignatione nõ hẽnt locũ in reb.immobilib.vt
s̃.de don.ante nup.auth.dos data,& de vsu.l.acceptam. & qđ
9 ibi no.gl.j.& ff.sol.ma.l.mora.& ibi gl.¶†Item no.qđ ab eo
q facit partẽ alicuius poderis seu hr̃ditatis,põt petere is cuius
interest,qualiter æstimat dictas res seu partes rerũ,& dẽt ei di
10 ci,vt in hoc versi.ibi,sub aspectu,&c.¶†Itẽ no.ex ver.mobi-
lis,&c.qđ mobilia non dẽnt patefieri,ratio,ne in diuitib.põ-
11 pa,in pauperib. manifestetur vilitas, vt hic in textu.†Ex hoc
vers.dixi,qđ qñ à tutore petitur copia inuentarij,nõ dẽnt da-
ri in scriptis res mobiles.Casus est hic,de immobilib.vr̃ casus
in ꝯrium in p̃cedenti ver.Puto tñ qđ etiam de his non est fa-
cienda copia,arg.l.j.s̃.de ali.pupil. præst. sufficit enim parti ꝙ
detur sibi inuentarij initium, & finis,vt ex hoc appareat ꝙ tu
tor possit administrare, & hæc pars tuta est, arg.l.j.§. defendi.
ff.qui.ex cau.in pos. plus enim sibi non expedit edi de inuen-
f tario,vt l.argentarius.§.edi.ff.de eden.*f*†No.ꝙ hic dicit iura-
12 mento hr̃dis,cui est credendum in istis reb.minutis, & mobi
libus, & facit qđ habemus in l.scimus.§.in cõputatione.s̃.de
iure delibe.& de his qui ad eccl. confug.l.p̃senti.ff.si cui plus
13 quàm per l.Fal.l.diuus,& qđ ibi dixi.¶†No.ex ver.ꝙ si sępe.
modum diuidendi res mobiles, & ꝙ quãdo fiunt diuisiones,
debent esse partes præsentes, quæ omnia tene menti.

ADDITIONES.

a ¶Dimidia.Adde Bal.in l.scimus,in prin. & §.illud.C.de inof.testa.& Car-
di.in cle.2.§.2.de æta.& quali.&Fel.in c.pastoralis.de off.deleg. & d. Soc.
in cõsi.215. inci. visa p̃dicta facta,ver.nec obst.circa.fi.¶Adde ad hoc do-
minũ Ant.Corn.sing.suis, in ver.pars.inci. licet appellatione partis ibi li-
mitat hoc dictum, & ibi vide,quia sua limitatio est multum singularis.
b Alex.¶Poss.Adde Bal.in l.si quis in suo.de inoffi.testa.& quod no. Bal.in l.
iubemus,ad Treb.Ale.Cum sorte dirimitur cuius sit electio,adde Bal.in l.
iubemus.s̃.de sacros.eccl.& Lud.in suis sing.in litera,s.no.21.Adde à cuius
fortuna sortis non appellatur.Bal.in l.fi.in prin.s̃.com.de leg.& ibi ponit,
an sit peccatum sortes apponere. Et dicit,quod non, p quo bona glo.in c.
quoniã Abb.in gl.3.in fi. de offi.deleg. & in c.in ñra.in gl.j.extra,de testib.
c ¶Dirimitur sorte.Adde de hoc per Bal. in l.si duob. in 1.no.& ibi istum,&
Alex. s̃. com.de leg.& in l.si duo.ff.vti possid.Flo.in l.itinere,ff.de ser.rust.
præd.Spec.in titu.de ind.§.4.ver.& scias.Canonistæ in c.fin.& Pan.in c.1.
extra,de sortile. & omnino Fel.in c.ad fin.extra,de rescrip.
d Alex.¶Sed Bal.in l.sancimus.s̃.de do.tenet quod præferatur habens maio
rem partem, dixi in l.j.s̃. de his,qui se defe.& in l.penult.§.similiq; modo.
post Bald.s̃.eod.tit.de don.
* Alex.¶A communione recedere.Expedit inter cõsortes diuidere,& à cõ
munione recedere quod no.quia cõmunio consueuit excitare discordias,
& iõ solet concludi, quod licet consortes insimul steterint per 30.annos,
non per hoc dr̃ diuisioni p̃scriptum,fm Bal.in l.fi.finium regund.& not.in
gl.in l.fi.C.commu.diuid.item non valet pactum, quod inter cõsortes nõ
fiat diuisio.l.si nõ sortẽ.§.si centum.ff.de cõdi.indebiti.item nec valet prę
ceptum testatoris,qđ filij stẽt in cõione.l.fi.§.Lucius, de leg.2.l.sed si hoc.
§.fi.ff.de cõdi.& demon.fm Bar. in l.stipulationes nõ diuidunt̃.ff.de verb.
obli.l.si conuener.per illum text.ff.p soc,& l.Mæuius.§.in fundo.de leg.2.
de quo per Bar.& Bald.in l. Lucius.§.imperator.eo.tit.Dixit tñ gl.no.in l.
pen.commu.diuid. qđ ex quo consortes per decem,vel 20.annos possede
runt diuisim fundũ,dr̃ inducta diuisio. facit l.si filius,de pet.hær.ergo eo-
dẽ modo debet esse econuerso,si steterint per 30.annos simul,vt dicat̃ in-
ducta cõmunio:tamẽ qđ s̃.dixi est verum.Nec ob.gl.in d.l. pen.qm̃ cessat
ratio:qa cõmunio incitat discordias, cũ diuisio tollat.Præterea d.glo.fm
Doct.ibi procedit, qñ tractatur de modico præiudicio: alias autem si per
illam diutinam possessionem induceretur magnũ præiudicium consorti,
non haberet locum d.glo.secundum eos,arg.l.diuus.ff.de in integ.restitu.
e ¶Non põt.Sed ab extra quæro quid si minor sit prouocatus ad diuisionẽ,
an poterit tunc diuidere sine tutore,vel curatore,vide not.per do.Soc.in
consil.154.inci.visa, & considerata contingentia facti,ver.prima ratio est.
f Ang.¶Eden.Hoc pcedit qñ tutor nõ redarguitur qđ dolosè omiserit po-
nere quædam in inuentario,sed vbi dolosè redarguitur,tũc rerũ immobi
lium sine dubio copiã facit, vt hic.Quoniam damnũ pupilli non est quod
latere non põt. Mobilium autem non facit si tutor paratus est iurare, qđ
res quas in inuentario posuit,sunt tantę æstimationis:alias sic per tex.istũ
& si tutor aliqua ponere in inuentario per dolũ omiserit, nõ potest admi
nistrare,l.tutor qui repertoriũ.ff.de admi.tu.& l.tutoris.C.de admini.tut.

1 *Conditio si nupserit debet impleri infra triennium post pubertatem.*

§.AD FILIORVM. Descendentes masculi curiales vel fœ-
minæ nuptę curialibus,vel extranei curiales succedant in to-
tũ; non curiales vel curialib.non nuptæ quartam dare curiæ
1 debent, & cui nubent triennium expectatur.h.d. ¶†Not.ꝙ
ista conditio,si nupserit,habet tempus limitatum in quo de-
bet impleri triennium post pubertatem.quod not. ¶Secun-
dò nota casum mirabilem, sicut in quibusdam partibus sunt
quędam monasteria habentia magna territoria,&dant in em
phyteusim possessiones vsque ad tertiam generationẽ mascu
linam, vel fœmininam nubentem in territorio monasterij.
Hic habes casum quò expectatur triennium post puberta-
a tem an nubat,& cui.quod not.*a*

ADDITIO.

a Ang.¶in tex.ibi,integras opes iste tex. cõiuncto tex.j̃. pximo,ibi nullaq;
parte,facit ad qõnem,dicit testator,instituo mihi Titiũ,&si Titius sine hę

rede decesserit, integra portio deueniat ad talẽ, modo est q̃ō, an Titius institutus possit quartã Trebellianicam detrahere? Videtur quod non, q̃a integritas est ɔ̃ria diminutioni, ¶ Item hoc vr̃ probari per istum textum: nã, quando lex voluit ad filios curialium integras opes peruenire statuit, ꝙ diminutio non posset fieri per diminutionem quartæ, ita ẽt in casu ꝓposito. Et ita hoc anno fuit consultum per quosdam Doctores, licet non per hanc l. & ego dicã, & dicebam contrarium, quia Trebellianica non potest ꝓhiberi, nisi certa forma, vt in auth. sed cum testator. ɔ̃. ad l. Fal. Cum ergo illius auth. forma non sit seruata, patet ꝙ detractioni locus erit. Hoc ꝓbo per l. qui totam. ff. ad Treb. vbi rogatus restituere totam hæreditatem, Trebellianicam deducit, per l. cum virum. ɔ̃. de fideic. cum gl. sua vbi rogatus restituere quicquid de hæreditate ad eũ peruenit, detrahit Trebellia. Per prædicta patet quod ista lex non oblig. vide l. decem. cum gl. fi. ff. de fidei. lib. quæ fortiter determinat istam q̃ōn. & vide quod dr̃ per Doct. in l. prætor ait. ff. de oper. nou. nunc. & quod dixi in auth. de hære. & falc. in §. si vero expressim.

Alex. ¶ Vide Bal. in l. sancimus. ɔ̃. de nupt.

LEX III.

1 *Filius exclusus à quarta per priuilegium, non obstat aliis.*
Filius qui est frater minor, non facit partem aliis.
2 *Decedens cũ filio fratre minore, an videatur decedere sine filiis. (seruire.*
3 *Mulier quæ tenetur ad aliqua personalia curiæ videtur curiæ, per maritũ*

1 SI QVIS. Hæc lex seipsam summat, iō nõ summo eã. ¶ † Ex ver. nullo obstaculo, &c. no. q̃d filius exclusus à curia ꝑ priuilegiũ, non ob. aliis. Et ꝓ hoc facit q̃d filius, qui est frater minor, qui ꝑꝑ arctitudinẽ regulæ nõ succedit, vt in c. exiui de paradiso. extra, de ver. sig. in Cle. nõ ꝑꝑ hoc facit partẽ aliis filiis, sicut illis, q̃ ꝑꝑ pœnã eximũtur, vt l. fi. in fi. ff. de bo. poss. ɔ̃ tab.
2 & l. si necẽ. § si deportatus. ff. de bo. lib. Per hoc dico ꝙ † ille, q̃ decedit cũ filio fratre minore, vr̃ decedere sine filiis, & sic cõditio fideicommissi sub conditione vr̃ verificata. Hoc posui plenius in libro Minoricarũ, quẽ composui. & Spe. tangit de
a stat. mon. in vers. 3. q̃ro, & in ver. quarto q̃ro. a ¶ † Not. ex ver.
3 ad hoc sancimus ibi per maritũ eius, &c. ꝙ mulier q̃ tenetur ad aliqua personalia curiæ, videtur seruire curiæ per maritũ.

ADDITIO.

a Ang. ¶ Sed salua reuerentia ego credo ɔ̃rium pro nunc. Paria enim sunt filium non posse succedere, vel nolle succedere. ¶ Sed ego video ꝙ substitutio facta alicui, si decesserit sine filiis, euanescit si decessit cũ filio, qui noluit esse hæres l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb. Ita ergo euanescit, si cũ filiis decesserit, qui insuccessibiles sint absq; suo delicto, vt in casu proposito. ¶ Nõ obst. quod filius frater minor habetur pro mortuo, quia verũ est ad q̃dam naturaliter tamen viuit. Vnde cum conditio fuerit concepta in casu si sine filiis decesserit, & naturaliter sit verum filium superesse, patet quod ista conditio deficit, & sic substitutus nõ admitteretur, debet enim conditio in forma specifica impleri, vt l. hæredi. ff. de condi. & demonstra. Venient ergo proximiores eius, cui est facta substitutio talis hoc casu.

Alex. ¶ Conditio, si decesserit sine filiis, non dicitur deficere, si filius efficiatur frater minor. Adde quod no. Dy. & Bart. in l. cum pater. §. hæredi. in vltimis verbis, de leg. 2. vide Ang. hic tamen contra Bar.

¶ De imponenda lucratiua descriptione. Rub.

¶ Vide glo. rubricæ, & eam nota.

LEX PRIMA.

1 *Statuto quod de contractu soluatur gabella, comprehendit etiam contractus factos inter ascendentes, & descendentes, & ibi quando non.*
2 *Extraneus quis dicatur.*
3 *Status rei venditæ non mutatur, vbi persona non mutatur.*
4 *Vnus ex fratribus, qui accepit ab ecclesia emphyteusim, potest alteri fratri rem alienare.*
5 *Tituli lucratiui, qui dicantur. remissiuè.*
6 *Dos, & donatio propter nuptias dicuntur tituli lucratiui respectu eius, pro quo dantur.*
7 *Reuocans donationem propter ingratitudinem, non dicitur illam habere ex causa lucratiua.*
8 *Res ecclesiæ ꝓhibita alienari, semel alienata dicitur effecta alienabilis.*
9 *Ex primordio tituli posterior formatur euentus.*
10 *Decuriones, an alienare possint sine decreto.*
11 *Actus non priuilegiatus, si causatur ab actu, non priuilegiato ratione cõtractus sumit naturam illius, à cuius primordio emanauit, secus si sumit primordium ab eo, qui est causa honoris inducendi.*



DESCRIPTIONIS. Diuiditur in duas partes. Primò ponit summarium. Secundò illud declarat. Secunda ibi, vt si pater. Scd̃a subdiuiditur, quia primò ponit, q̃n relinquitur ɔiunctis personis ascendentib. vel descendentib. Scd̃a q̃n relinquitur aliis. Tertia declarat, q̃ sint causæ lucratiuæ, & quæ non. Quarta ponit quanto tp̃e durat onus siliquarum. Scd̃a ibi, cæteri. Tertia ibi, lucratiua. Quarta ibi, res vero. ¶ Ad euidentiam scias q̃d olim curialis non poteat vendere, sed donare sic, vt l. fi. ɔ̃. tit. 2. & q̃n donabatur, fuit imposita vna gabellla ꝙ ille, qui recipiebat ex donatione, vel alio titulo lucratiuo, debebat soluere quatuor siliquas, & ista est descriptio, quæ imponitur titulis. Hoc præmisso Imperator dicit ꝙ ista descriptio imponit̃ possessionib. tñ nõ hominib. i. mancipiis si alienent̃, nec aliis reb. mobilib. ¶ Item nõ hẽt locum in ɔ̃ctib. qui fiunt inter ascendentes & descendentes, in aliis autem sic, vt hic dicit in princ. huius le-
1 gis. ¶ † Ex quo no. ar. ꝙ in ɔ̃ctib. inter ascendentes & descendentes non dẽt solui gabella, tñ si rectè inspiciatur, ɔ̃rium innuitur hic. Nã verba gñalia, per quæ talis gabella est imposita, ɔprehendunt ascendentes & descendentes, sed Imperator hoc statuendo eos liberauit, vt ibi, liberamus, ergo ante tene-
a bantur, arg. de l. decem. de ver. obl. a ¶ Et ideo nisi statutũ eos exciperet, tenerentur, & ita est Perusii statutũ. Fateor tñ, ꝙ si gabella esset imposita de eo, quod transfertur titulo lucratiuo tñ, tunc inter eos non haberet locum, per rõnem huius legis in fi. quia non vr̃ lucrari, sed magis vr̃ recipere solutionẽ
2 debiti. facit ɔ̃. de codicil. l. fi. ¶ † Secũdò no. ꝙ licet aliàs dr̃, ꝙ omnis extraneus est, qui non est in potestate, vt lege vnica. §. extraneum. ɔ̃. de rei vxoriæ actione, tñ hic dr̃ extraneus oĩs, q̃
b non est de ascendentib. b ¶ Item not. ꝙ vbi non mutatur per-
3 sona, non mutatur status rei venditæ. ¶ † Hic vr̃ casus talis
4 q̃ōnis. † Duo fratres accipiunt ab ecclesia emphyteusim. Vel accepit pater, qui decessit duob. filiis relictis. Quærit̃, an vnus possit alteri alienare partem suam. Videtur q̃d sic. Nã rõ, ꝑꝑ quam non licet alienare, est quia ille, in quem alienatur, non obligatur ecclesiæ actione personali, vt ɔ̃. de iur. emphit. l. fi. Sed ista rõ cessat hic, q̃a alter frater, cui alienatur, est æquè obligatus ecclesiæ actione personali, ergo licet sibi alienare, facit l. voluntas, ɔ̃. de fideic. dixi in l. si mihi, & Titio, de verb. ob. Gul. de Cu. ponit istã q̃ōnem in l. cum hi. §. si vni. in 2. tñ. ff. de transactio. qui tñ §. facit ɔ̃ prædicta. Facit quod no. in l. frater
5 à fratre, de cond. ind. ¶ † Item no. ex §. lucratiuas, qui dicãtur tituli lucratiui. De hoc plenè dixi, & ibi gl. in l. apud Celsum. §. de authoris. ff. de doli. exce. & ibi ponuntur q̃dam causæ, quæ
6 dñr quasi lucratiuæ. ¶ † No. q̃d dos & dõatio ꝑꝑ nuptias, nõ dñr tituli lucratiui. q̃d est verum respectu accipientis, sed respectu eius pro quo datur, bñ est titulus lucratiuus, vt l. fin. §.
7 j. ff. quæ in frau. cred. & no. in l. Mæuia. ff. sol. ma. ¶ † Item no. ꝙ si quis propter ingratitudinem reuocat donationem, nõ dr̃ illam retrahere ex causa lucratiua. Et sic repetens rem, quam dedit sine nouo ɔ̃ctu, nõ dr̃ illã habere ex cã lucratiua. Nãm autem causarum lucratiuarum plenè exposui in l. Mæuius. §.
8 duob. ff. de leg. ij. in repe. quam feci de illo §. ¶ Item † not. ex ver. res vero, ꝙ res ecclesiæ, quæ semel est facta alienabilis, est semper alienabilis. Idem in omni re prohibita alienari, vt l. pa
9 ter. §. quindecim. ff. de leg. 3. ¶ † Not. tex. ibi, ad primordium tituli, ad id, q̃d quotidie allegatur, ꝙ à primordio tituli posterior formatur euentus. ¶ Item not. ꝙ res, quæ semel est facta
10 emphyteutica, semꝑ durat emphyteutica. ¶ † Vltimò scias, quod decuriones possunt alienare, vel donare sine decreto, quod est hodie correctum. ɔ̃. tit. 2. l. fi. per illam auth. quam fe
11 ci signari. ¶ † Item no. ex ver. ɔ̃ quoq;, q̃d quoties actus non priuilegiatus causatur ab actu priuilegiato rõne contractus sumit nãm illius, à cuius primordio emanauit, secus si sumi-
c tur primordium ab eo, qui est causa honoris inducendi. c

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Vide Ang. & Imo. in l. in suis. ff. de libe. & posthu. & in l. seruo. de hę. insti. & Bar. in l. si emancipata, de iur. & fact. igno. Ale. Gabella, an solui debeat de contractib. factis inter ascendentes, & descendentes, vide Im. in l. in suis, de libe. & posthu. & ibi Ang. facit quod habetur in c. pastoralis, de decimis, vbi dicitur, q̃d licet de omni lucro debeat solui decima, non tñ soluet̃ de hr̃ditate patris. Adde Ang. in auth. de nupt. in §. si vero expectet.

b Alex. ¶ Nota quod extraneus trib. modis dicitur, primo in materia successionũ dicitur omnis ille, qui non est de ascendentibus, vel descendẽtibus, sm̃ Bar. hic, & est tex. in l. scripto. ff. vnde liberi. & voluit Are. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. Item secundum l. primam. §. extraneum. ɔ̃. de rei vxor. actio. Item dicitur omnis ille, qui non est de cognatione, vt l. si emancipati, ɔ̃. de collat. facit l. j. ɔ̃. communia vtri. iudi. adde Bart. & ibi dixi in l. si domus. §. fin. ff. de leg. 1. in l. communi diuidundo, in princ. ff. communi diuid. & Bald. in c. 1. versi. sed pone. quibus modis feu. amitta. Ludo. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig.

c Ang. ¶ In versi. si vero, in tex. ibi, reuertatur ad lucrum, nota q̃d maritus, q̃ lucratur dotem ꝑꝑ adulterium vxoris, nõ dicitur eam habere ex causa lucratiua. ¶ Iste tex. probat aperte, quod maritus, qui ex forma statuti lucratur tertiam partem dotis muliere decedente sine filiis in matrimonio, nõ dicitur eam habere ex causa lucratiua, & ideo nõ erit necesse q̃d illud lucrum insinuari faciat, neq; etiam quod soluat gabellam, quæ soluitur pro rebus prouenientibus ad aliquem ex causa lucratiua.

¶ De præbendo salario. Rub.

LEX VNICA.

1 *Habens arbitrium generale non potest salarium constituere.*
2 *Bannum factum à potestate, quòd qui capit malefactorem habeat centum, non valet.*

Nulli

a NVLLI SALARIVM.a hæc lex summat seipsam.† Ex qua
1 nota,quod requiritur specialis concessio principis. & sic si alicui conceditur arbitrium generale, non potest eius vigore cōcedere salariū.sed op.ff.de decu.l.decurionibus.&ff.de decre.ab ord.fa.l.ambitiosa.sol.constituere salarium Medicis,& doctoribus,& similib.potest,vt in contrario,non autem aliis,
2 nisi ex speciali causa concederetur.† Gul. de cu.allegat hanc l.Quidam potestas fecit mihi bannum,quòd si aliquis capiat talem malefactorem,habeat centum,ꝙ tale bannum non valet,nisi fiat per commune.de hoc dixi in l. 1.ff.de iusti.& iu.facit j̃.de naui.l.cum nauarchorum.hic non sunt alia.

a ADD. Alex.¶Vide Bar.l.3.j̃.de nauiculariis,lib.11.qui simpliciter tenet qđ valeat,licet tamen non valeat,nec detur aliquod præmium capienti,tamē si potestas fecit sumptus in capiendo,potest repetere sec.Bar.l.1.in fi.prin. de iust.& iure, per l.mulier,ff.de capt.ad quod Bar.& Bal.l.fin.s̃.de statuis & imagin.adde ad hoc Bal.c domino guerram.in tit.hic finitur lex, deinde incipiunt consuetudines feudi. vbi dixit qđ hoc etiam habet locum in priuata ꝑsona faciente expēsas in capiendo,& vide in l.3.de nauiculariis.

¶Si curialis relicta ciuita.rus habita.maluerit. Rub.

LEX VNICA.

1 *Habitans ruri ne vocetur ad consilia potest reuocari,& puniri.*

CVRIALES. omnes curiales reuocātur ad ciuitatem, & ad
1 curiam,& locus,in quo in rure habitant,publicatur.h.d.† Et no.quod quandò quis vadit ad habitandum in rure, ne vocetur ad consilia,potest reuocari,& puniri.

¶De municipibus & originariis. Rub.

¶Super rubrica quærit gl. differentiam inter municipem, & originarium.respondit gl.quod municeps est genus,originarius est species.idem no.in l.ciues.j̃.tit. 1.& dicam latius ibi.

LEX I.

1 *Idem est dicere Florentinus,& natus de Florentia.*
2 *Ciuitas originis præfertur in muneribus,& honoribus.*
Forum si quis sortitur in ciuitate originis et domicilij,ad quid sortiatur,remissiuè.

CVM TE. in loco originis & incolatus cogitur quis subire
1 munera.† not.ex eo quod dicit Biblium origine.quod idem est dicere Florentinus,vel Perusinus, & natus de Florētia,vel de Perusio,quod declara,vt dixi plenè in l. 1.ff. e.ti.quærit gl. quod si in vtraque ciuitate vocetur quis ad munera, & hono
2 res,quæ ciuitas præferatur,dicit gl.†quod ciuitas originis,de quo dic,vt dixi j̃.tit. 1.l.ciues,& l.cū neque.tit.prox.sed quæro quo ad quæ sortitur quis forum in vtraque ciuita[illegible] ctat ff.e.l.assumptio.§.fi.& ibi plenè dixi,& l.2.s̃.de iurisd.om. & ibi Iac.de Are.

LEX II.

1 *Ratio quare quis sortiatur forum ratione manumissionis.*
3 ¶† Et no. hanc l. ex qua vides omnia, quæ requirunt̄ ad hoc, vt quis possit doctorari, requiritur etiam ꝙ dentur ei insig-
b nia, & quod est hoc hodie expressum extra, de magi. in c. 2.[b]

ADDITIONES.

a ¶Ale. ¶Et no. quod licet requiratur quod examinatus repertus fuerit peritus, vt hic, & l. nemini, s̃. de aduoca. diuer. iu. tamen fallit si sit parum doctus, cum spes sit quod possit proficere, quia poterit doctorari.

¶Ita dicit no. Inn. c. cum in cunctis. circa prin. de elect. & sequitur Lud. in §. de viro. l. si vero. ff. sol. ma.

Ale. ¶Scholares nō debent actu legere vt magistri, Bar. l. 1. de prępo. agen. in reb. istam alle. d. Abb. l. 2. de magistr. ꝙ episcopus cum ca. potest doctoratum conferre. & idem Host. in summa. de magist. §. pe. in prin. & vide Mathesil. in l. oēs populi. & Bar. l. generaliter. de in ius voc. & no. gl. in cle. 2. in gl. magna vltra med. & idem firmat do. Abb. c. est verum. de foro comp. & hoc de iure communi. adde do. Abb. c. cum apostolicæ. in 4. no. de his quæ fiunt à præl. licet de consuetudine non seruetur. Et ibi dicit, debēt esse septem. tenuit etiam Bal. l. si quis, alleg. & d. Abb. c. proposuisti. de proba. cōtrarium videtur tenuisse Bar. l. fi. de profess. vrb. Constan. vbi dicit ꝙ requiruntur nouem. sed potest dici ꝙ ibi speciale, & vide d. Abb. vbi prox. & adde quod debet præsentari per suum magistrum, vt l. 1. s̃. de of. magist. debet magister, morigera. alias reprobari potest esse c. 1. ī prin. ibi. probatæ artis, ff. de ven. inspic. & in c. omnis ætas. 12. q. 1. probatissime mori. & in c. fraternitatis. de frig. & malefic. in c. gloria episcopi. 12. q. 2. dum Crates ille Thebanus, &c. & no. gl. in c. cum literis. de in integ. resti.

* ¶Doctorari. Et adde quod acumē ingenij multum operatur, prout đt do. Fel. in rub. de ma. post prin. ver. quid autem alias, in no. ad hoc sing. in d. ca. cum in cunctis, de elect. alleg. in tex. & Imo. in cle. 1. de æta. & qual. & c. illiteratos, 36. dist. dicentem facere gl. in ca. monachus. 77. dist. ver. diuortio. & in c. tum ex literis, ver. instructus, de rest. in integ. quæ dicunt quod prudentia, honestas, & ingenium, supplent ætatem, quod not. ex quo facit ad multa prout ibi vide Fel.

b Ale. ¶Item si quis notoriè est peritus, vt est gl. 47. dist. c. de Petro, & 23. dist. c. qui episcopos, & Io. And. c. ꝯstitutus, de of. Archid. 24. dist. c. si quis presbyter. bene facit 23. dist. c. nullus ordinet, & c. ad apostolicā. de reg. & vide Ant. c. proposuisti. de probat.

LEX VIII.

1 *Gerens se pro doctore, cum non sit, tenetur pœna falsi.*

2 *Doctores debent habere virtutem fortitudinis.*

REDDATVR. qui se gerit pro doctore, cū non fuerit examinatus, nō excusatur à munerib. secus, si fuerit approbatus, h. d. ¶no. quod dixi in summario, & licet de eo loquatur, qui assumit habitū doctoratus philosophię, tñ de iure idem vř in
1 qualibet alia sciētia, arg. s̃. e. l. medicos. imò † plus q̃ gerit se ꝓ
a doctore, cū nō sit,[a] tenetur de crimine falsi, vt ff. ad l. Cor. de
b fal. l. eos. in fi.[b] ¶†itē no. qđ doctores debent habere virtutē
2 fortitudinis, & vim fortunæ patienter sufferre, quod not.

ADDITIONES.

a ¶Qui gerit se pro doctore cū nō sit, adde Bal. l. qui sub prætextu. n. 5. & qđ ibi posui in apostil. ver. clericum, s̃. de sacros. eccl. dixi post Iac. Rebuf. in l. grammaticos, ver. infamis efficitur, de profes. qui in vrb. Constan. lib. 12. dixi post Pan. c. 1. n. 1. ver. pœna fal. post Barb. extra, de cler. mi. non or. & not. Fel. c. 3. loco, in prin. extra, de proba.

b Ale. ¶Facit quod no. Bar. l. 1. de dign. ver. sequitur in diffinitione illicita. qd si postquam portauit insignia, & habitum doctoratus, postea efficitur doctor, an noua insignia, an eadē debeat habere? dic sufficere quod oportet solita. 1. q. 1. quidam ver. si forte, secundū lect. gl. vlt. vide Ale. & Rom. in litera i, in no. 80. & Bal. l. 1. s̃. de suffra.

LEX

LEX IX.

1 *Medici non debent recipere ab infirmis promissionem, & si recipiunt, cas-
sentur.
2 *Aduocati non debent recipere promissionem à clientulo lite durante.*

ARCHIATRI. Medici, qui salarium consequuntur ex pu-
blico, ita paruis, sicut magnis seruire tenentur, sed salariũ ab
1 infirmis nõ debent recipere, nisi cũ sanati fuerint.h.d.†Not.
quod medici non debent recipere ab infirmis promissionẽ,
vt hic, & si receperint cassantur.ff.de var.& extraor.cog.l.me
2 dicos. Et sic†aduocati non debent recipere promissionem à
clientulo lite durante, vt l. quisquis. s̃.de postu.licitè tamen
a accipitur, quod eis offertur.[a]

ADDITIO.

a Alex.¶ Offertur. Adde Bal.in auth.ad hæc. s̃.de vsur. & vide Arch.j.q.j.c.
non est. & 14. q. 5. non sane. Habentes salarium de publico recipientes à
seruatis puniuntur pœna quadrupli, vt in c.militare.ad fi.23. q.j.Rom.in
litera p.no.93.

LEX X.

1 *Septem Doctores requiruntur in approbatione alicuius Doctoris.*

SI QVIS. Non debet in locum magistri defuncti alius sub-
rogari, nisi fuerit approbatus, & licet subrogetur in numerũ,
1 nõ subrogatur in gradũ.h.d.†No.quod septem Doctores de
bent aliquem approbare, de quo dixi s̃.eod.l.magistros.

LEX XI.

GRAMMATICOS. Magistri scientiarum, qui fuerunt Pa-
latini, habent perpetuam immunitatem ab omnibus mune-
ribus, ipsi & eorum filij, & coniuges.

¶De athletis. Rub.

LEX VNICA.

1 *Bonus ille præsumitur, qui ter se bene habuit in aliquo exercitio.*
2 *Scholaris ter examinetur, antequàm doctoretur.*

a ATHLETIS. [a]Qui tribus prelijs fuerit coronatus, quorum
1 vnũ Romę fuerit, excusat̃ à munerib.h.d.† Ad euidentiã præ
mitte, q̃d cõsuetudo erat, & adhuc est, ꝙ q̃n fiunt torneamen
ta, hastiludia, & similia, q̃d ei q se melius habebat, imponebat̃
signũ victoriæ aliq̃d super caput. dicit glo. hic. Si quis fuerit
ter coronatus iustè, nõ prece, debet habere immunitatẽ, & vi
2 de literam.†Ex qua no.ꝙ qui ter bñ se habuerit in aliquo ex
ercitio, bonus præsumitur. quod facit ad multa, & ex hoc in
uenta est consuetudo, q̃d scholares ter examinentur. Primò
à suo Doctore p̃ntante. Secundò in priuato examine. Tertiò
in publico examine. Facit quod dixi s̃.tit.j.l.magistros.

ADDITIO.

a Alex.¶Hoc forte non ꝓcederet in scholari perito, qui doctorari debet si
ne examine, vt dicit domi.Abb.in c.constitutis.el 2.de appel.facit c.de Pe
tro.47.dist.& 26.dist.c.nullus, & ideo dicit vbi Vgoli. q̃d nõ examinatur,
qui de curia Romana accipitur, cum tales sint notorij. Facit etiam c. ad
apostolicã.de reg.& Rom, quia frustra fit demonstratio rei certę demon-
stratæ.l.j.ff.de do.prælega. q̃d tamen intellige, nisi esset data forma, quod
in doctorando requireretur examen, q a forma esset seruanda.c.cum dile-
cti.de rescrip. Faciunt no.per Ang.& Rom.in l.hac consultissima.s̃.qui te
sta.fac.poss.glo.in l.j.& in l.j.ff.de liber.& posthu.cum simi.

¶De his, qui non impletis stipendiis sacramento
soluti sunt. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Missus causariè ante finem militiæ, consequitur immunitatem à muneri-
bus, non tamen habet priuilegia veteranorum.*

IGNOMINIAE. Infamia remouet quem ab honoribus, nõ
à muneribus & grauamine.h.d.

LEX II.

1 CVM OB PROVECTAE. †Missus causariè ante finem mi
litiæ consequit̃ immunitatem à muneribus, nõ tamen habet
priuilegia veteranorum.h.d. De quo priuilegio habemus ru
bricam ff.de priuileg. vete. & hæc lex habet locum in militi-
a bus templi.[a]

ADDITIO.

a Ang.¶ In tex. bi, plena. No. quod non dicitur esse plenum, nisi id, quod na
turaliter plenum est, non autem id quod impletur per dispositionem iu-
ris, l.fi.s̃.de his qui veniam æta.impetrauerunt.

LEX III.

VETERANIS. Duobus modis legitur hæc lex.¶Primò sic
dicit. Priuilegia veteranorum consequitur, qui viginti annis
militauerit in legione, vel vexillatione, secus si in cohorte.
Ad euidentiam præmitte, quod est differentia inter alam, co-
hortem, & legionem. l. 1.§. exercitum.& ibi no.s̃.de his, qui
not.infa. hoc præmisso casus est clarus. Sed hæc lectura non
placet, quia non potest militari in legione, quin militetur in
cohorte, cum legio in se cohortem contineat. Vnde pone
casum s̃m aliam lect. s̃m quam h. d. Qui 20. annis militaue-
rit in legione, vel vexillatu, ille priuilegia veteranorum con-
sequitur, & ideo qui in cohorte militauerit, non habet ne-
cesse hoc à Principe impetrare.

¶Quibus muneribus excusantur ij, qui post impletam mi-
litiam, vel aduocationem per prouincias suis commodis va-
cantes commorantur, & de priuilegiis eorum, & de condu-
a ctoribus vectigalium fisci. Rubrica.[a]

ADDITIO.

a Ang.¶In rubrica. De primis partibus rubricę nigrum non tractat, sed tan
tummodo de conductoribus vectigaliũ, & sic de vltima parte, & sic facit
q. coniuncto nigro, q̃d si in statutis reperiatur aliqua rubrica concedens
aliquod priuilegiũ, præsupposito quod nigrum non faciat aliquam men-
tionem de eo in tex. tamen virtus rubricæ est tantæ, ꝙ illud priuilegium
cõsequat̃ ille cui cõcessum est. Pro hoc facit gl.que est in procemio sexti.
vbi gl.dicit rubricas esse de tex.& ideo qui promisit tex. scribere, tenetur
etiã scribere rubricas.*Adde quæ dixi in auth.de incest.nupt.vbi de hoc.
* ¶Rubricas. Adde Fel.in rub.de accus.circa prin.ver.vtrum autẽ.cum seq.
Tu vide ad hoc Bal.in rub.s̃.an ser.ex suo fa.do.Ias.May.post Aret.Alex.&
Scriben.in l.j.ff. si cer.per.& ipsum Insti. de act.in rub.nume.1.& ꝙ ibi po-
sui in addi. ad ipsum in versi. sunt autem tales, extra vt lit. non contest.
post Pan.in proœ.rex pacificus.nu.2.in versi.rub.post Phili.Fran.in proę.
§.sane. num.7. in versi.in decretis, lib.6.& not.Fel.in c.1. ver.quæ sunt ru-
bricæ, & c.ex parte. versi.quæ sunt in decretis, ext.de rescript. lib.6. Pa-
nor.consi.16.vol.2.& Rom.consi.104.

LEX VNICA.

1 *Conducens vectigal publicum, habet immunitatem.*
2 *Dictio, haud, cum aspiratione ponitur pro non.*

NON ALIOS. Principales conductores, non conductores
1 conductorum, vectigalium habent immunitatem.h.d.†No.
quòd hi, qui conducunt vectigal publicum, habent immu-
nitatem. Item quod hæc dictio, haud, ponitur pro nõ, vt hic.
2 Sed†& tunc debet esse cum aspiratione, de quo tangitur per
glos. ff. de solu.l.j. super versi. controuersia, & in corpore de
non alien.§.si vero in perpetuum.vers.iisdem poenis.

¶De libertinis. Rub.

LEX PRIMA.

CONDITIO. Libertini non habent excusationem à mu-
neribus.h. d. Sed opponitur s̃.si seruus vel liber ad dec.aspir.
l.j. Solu.ab honores & dignitates non possunt vocari vt vbi,
sed ad munera, & ad alia grauamina bene possunt vocari.

¶De infamibus. Rub.

LEX VNICA.

1 *Nobilis condemnatus de falso, qui ex forma statuti perdit nobilitatem,
remanet nobilis quantum ad maioritatem pœnarum.*

a INFAMES. Personæ infames remouentur à dignitatibus,[a]
1 nõ à muneribus realibus, vel personalibus.h.d. † Et per hanc
legem dico, quòd licet quis fuerit cõdemnatus de falso, pro-
pter quod desinit esse nobilis ex aliqua lege vel statuto: ta-
men adhuc remanet nobilis quantum ad maioritatem pœ-
narum, & ad ea, in quibus nobiles magis grauantur quàm
b plebeij, de quo dixi in l. 1. j̃.de digni.[b]

ADDITIONES.

a ¶ A dignitatibus. Adde Ludo.in sing.versi.infamia.versi.quæro nunquid.
Vnde dicitur, infamem sustinere in dignitate, peccatum est, in Spe in tit.
de dispo.§.iuxta.ver. infamis enim.& adde Pau.de Cast.in consi.196.
b Alex.¶Vide Bar.in l.j.j̃. de digni. Et idẽ dicebat Rom.in l.si quis in graui.
§.de his.ff. ad Syl. quod vbicũque aliquis magnus nobilis efficitur ex for
ma statuti popularis, prout est Florentiæ, quod dicitur amittere nobili-
tatem quo ad commoda, non quo ad incõmoda, & ideo si delictum com
mitteret, puniretur, vt nobilis, quod sequitur Aret.in suis maleficiis. ver.
in casum Sempronij.Alex.

¶De reis postulatis. Rub.

LEX VNICA.

a REOS CRIMINIS. [a]Pendente processu criminali non po-
test quis ad honores vocari. h. d. Facit ff. de mun. & honori-
bus.l.reus delatus.

ADDITIO.

a Alex.¶ Limita tamen hanc l. vt per Host. & Io. And.in c.minimus. de ac-
cus. per tex.in c.omnipotens. eo.tit.& facit pro determinatione q.Bal.in
rub.de condi.ob turp.cau.& vide Ro.in litera o.no.21.

De his

¶De his, qui in exilium dati, vel ab ordine moti sunt. Rub.

¶ Super rubrica dic, vt plenè examinaui ff. de his, qui not. infam. l. quid ergo. §. poena grauior. & etiam in glo.

LEX PRIMA.

1 *Confinati non possunt eligi ad honores.*
2 *Doctores confinati, & reuocati, non habent priuilegia collegij.*

1 QVIBVS. †Not. hanc l. ex qua not. quòd confinati a non
a possunt elegi ad honores durante tempore confinationis, &
2 hanc l. vidi examinari de facto, quando† quidam Doctores fuerunt confinati Bononiæ reuocati per dom. Hosti. legatū, qui fuerunt in matricula Doctorum de collegio, an possint esse de collegio, & priuilegium collegij habeant vel consequi possint? Dic quòd non, vt hac lege.

ADDITIO.

a Alex. ¶Confinati. Frangentes confinia, an poena mortis sint digni? Dic ꝙ non, vt per glo. & Bal. Insti. quib. mod. ius pa. po. sol. §. serui autem. & qua poena puniantur, vide in §. quisquis. in l. aut facta. de poen.

¶De filiisfamil. & quemadmod. pater pro eis teneatur. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Pater consentiens filio emancipato, officium suscipienti, non obligatur, secus si erat filius in potestate.*

1 PATREM. †Qui consentit decurionatui filij emancipati nō obligatur. secus si ille filius erat in potestate, & ille videa-
a tur consentire, qui non dissentit. a h. d.

ADDITIO.

a Ang. ¶No. ex hac lege, quod consensus in hoc articulo inducitur eo ipso qđ quis non contradicit. interdum non dicitur consentire, nisi expresse cōsentiat, præsupposito ꝙ actui sit præsens, & se subscribat tanq̃ testis. l. Caius, de pig. act. & ibi no. de reb. alie. non alien. l. distrahente. & hoc vbicunque actus qui cōtrahitur, exerceri potest me inuito, tunc si sum præsens, nō videor cōsentire, vt no. in l. Caius. Itē videtur quis cōsentire vbicunq; actus qui geritur tendit in fauorem tacentis. l. 2. §. voluntatem. sol. mat. & plenè per Dy. in c. qui tacet. de reg. iur. in 6. sed vbi tendit in odiū, nō intelligitur consentire, vt d. l. fallit fauore reipub. vt hic, et ff. de decur. l. honores. §. fin. poterit etiam pater consentire filio per epistolam. vt d. l. honores. ¶ Itē consentiendo obligatur insolidum, l. si filiusfa. de admi. re. ad ciui. perti. nō consentiendo obligatur de peculio, de quo vidimus in l. j s̃. de decur. ff. ad muni. l. 2. ¶Dicitur autē pater filio consentire, cum adoptauerit eum qui erat factus decurio. l. Lucius, §. idē respondit. ad munici. ¶ Illud tñ quòd licet pater obligetur pro filio ratione consensus, est verum reipub. nō autē priuatis personis, si eas in officio damnificasset. l. 2. ad muni. Idē tamen est etiā in priuatis, si recepit à filio literas, et nō contradixit. sed literis receptis nihil dixit, nā tunc vr̃ approbare contractum, l. si filiusfa. la j. ff. ad Maced. in cle. j. de procu. vbi est hodie casus in simili, sed in filio est casus in d. l. si filius. Itē si filius est inhabilis ad officiū, pater non teneť pro eo. s̃. de mu. & ho. l. 2. & l. Lucius. §. idē respondit. ad muni.
* ¶Tacentis. adde Fel. in c. nonne. de præsu. in ver. in glo. fi. cum plu. ver. seq.
* Per epistolam. Tu dic verum si filius est maior 30. ann. alias requiritur, ꝙ præsens cōsentiat. Ita sing. dicit Bal. in auth. causam quæ. ver. extra quęrit hic Pet. C. de epis. & cler. Adde Lud. Pon. in sing. ver. cōsensus. ver. gl. ordi.

LEX II.

CVM APPELLASSE. Appellare nominatione facta de filio est consentire. h. d. & no. gl. huius legis, quę est super verb. ostende.

LEX III.

SI HI QVI. Filius in potestate cum patre ad idem munus vocari non debet, secus si sit emancipatus.

LEX IIII.

SINE PERICVLO. Pater nō tenetur pro filio curatore creato, sed qui eum nominauit, tenetur. h. d.

¶De periculo successorum parentis. Rub.

LEX VNICA.

1 *Filius, qui incepit studere patre viuente, an eo defuncto debeat studere de bonis communibus.*

SI DE PROPRIO. Onus dignitatis quæsitæ filio per patrē
1 transit ad hæredem. h. d. ¶ †Hæc lex facit ad q. si filius incipit studere de voluntate patris, an mortuo patre debeat per-
a ficere studium communibus expensis? a Item an expensæ doctoratus debeant fieri de communi? Item si filius desponsauit vxorem viuente patre, an expensæ nuptiarum debeant fieri de communi. Facit ff. famil. ercisc. si filia. §. idem scribit. De quo dixi plenè ff. de col. bon. l. 1. §. nec castrense. Hic non sunt alia.

ADDITIO.

a Alex. ¶De hac quæstione vide per Doct. & Bald. in auth. ex testamento, & in l. si emancipati. C. de collat. per Dyn. in l. j. §. sed an id. ff. de col. bon. De secunda quæstione vide Bal. vbi proxi. & Bart. & Bal. in l. pen. ff. solu. matr. aliquid in l. filiæ. fam. erc.

¶De mulieribus, & in quo loco, &c. Rub.

LEX VNICA.

1 *Mulier nupta Romæ, non potest compelli ad munera in ciuitate originis.*
2 *Mulier vocatur ad honores, & munera personalia.*
3 *Mulier subit onera patrimonialia in loco patrimonij.*
4 *Mulier sortitur viri forum. quid in sponsa & vidua.*
5 *Mulier ex persona viri, an dicatur ciuis, vel comitatensis.*
6 *Munus proprie dicitur, quod necessario subimus lege, vel imperio eius, qui habet potestatem.*
7 *Munera personalia quæ sint.*
8 *Honores qui prohibeantur habere.* *(sine sic.*
9 *Honor cum administratione minoribus concedi non potest, & nu. 17. Sed*
10 *Honor cum administratione mulieribus non competit. Et quando cum administratione.*
11 *Munera habentia dignitatem annexam quæ dicantur.*
12 *Honores habentes annexam dignitatem, non possunt indici nisi ciuibus, et incolis.*
13 *Immunitas à muneribus concessa, non porrigitur ad munera habentia dignitatem annexam.*
14 *Dignitas annexa officio, quòd non remaneat eo finitio, si officium est temporale.*
15 *Munera sordida dicuntur habere annexam vtilitatem.*
Vile est, quod vile reputatur.
16 *Munera sordida quibus indicantur.*
18 *Munera, quæ non habent honorem, neque dignitatem quæ sint, & quibus indicantur.*
19 *Mulieres quorum munerum sint capaces.*
20 *Cogi, an quis possit ad duplex officium. remissiuè.*
21 *Pecunia, an possit se redimere ille, cui iniungitur aliq̃ officiū, remissiuè.*
22 *Munus patrimoniale proprie dicitur, vbi vertit̃ sumptus, & est triplex.*
23 *A munere patrimoniali qui excusentur.*
Præstatio per capita imponitur pro salariis Rectorum ciuitatis.
24 *Collectam quis imponere possit.*
25 *Collecta quibus imponi possit.*
26 *Collecta qualiter imponatur.*
27 *Collectæ munus, an diuidatur in sordidum, & non sordidum.*
28 *Mobilia, & immobilia æstimantur, quādo collecta imponitur, & qualiter fiet ista æstimatio remissiuè, & à quo tempore incipiet habere effectum.*
29 *Collecta quòd non possit imponi Ecclesiæ, nec clericis.*
30 *Ciuis pro possessionibus alibi positis, an teneatur in propria ciuitate soluere collectas.*
31 *Collecta si imponatur à ciuitate, non potest extendi pro rebus, quæ sunt extra territorium.*
32 *Nemo excusatur à munere collectarum.*
33 *Collectam pro fundo dotali quis soluat.*
34 *Munera mere patrimonialia quæ ipsis rebus indicuntur, sunt triplicia.*
35 *Munera patrimonialia neminem, cuiuscunque priuilegij, vel dignitatis, excusant.*
36 *Munera mixta quæ sint, & an ab ipsis possit aliqs excusari, & quomodo.*
37 *Munera ordinaria, & extraordinaria, quæ sint.*
38 *Gabella seu pedagium quod soluitur à transeuntibus, est munus reale.*
39 *Munera quædam publica, quædam sunt priuata.*

EAM QVAE. Mulier in loco domicilij mariti subit munera psonalia, patrimonialia verò ĩ loco ĩ quo ē patrimoniū. h. d. Diuisio per se patet, & etiā casus est clarus. Anteq̃ vltra procedam, ꝑ declaratione quæro, quare dicit, si nō in vrbe Romana, &c. Gloss. exponit dupliciter, & tene primū, s. in vrbe Romana est tanta copia mulierū & hominū, qđ non est necesse
1 vocari ad munera mulieres aliūde venientes. †Nō tñ intelligas ꝙ mulier nupta Romę possit cōpelli ad munera & honores in ciuitate originis proprię, quia per hoc auocaretur à seruitio viri, qđ esse nō debet: sicut nec liberta nupta ꝯsensu patroni debet operas, per quas auocetur à seruitio viri, vt s̃. de operis libertorum. l. libertę, & ff. de operis libertorum. l. sicut.
2 †Hoc præmisso not. quòd mulier potest vocari ad honores
3 & munera personalia. †Secundò no. quòd mulier subit mu-
4 nera patrimonialia in loco p̃rimonij. †Itē no. qđ mulier sor-
a titur forum viri, a vt j̃. de dig. l. mulieres. Sed op. ff. ad Mu. l. ea quę. Sol. Ibi. loquitur in despōsata, hic in nupta, & id qđ dr̃ in nupta, idē in vidua, vt ff. ad Muni. l. filij. §. vidua. item not. ꝙ s̃. dixi in desponsata, idē in ea quę nupta esset nō de iure. l. fin. §. itē rescripserunt. ff. ad Mun. Idem in ea, quæ nunq̃ habuit virū, siue virgo, siue corrupta, vt l. pe. § fi. ff. ad Mu. & hic in j. gl.
5 An †aūt mulier ex persona viri dicatur ciuis, vel comitatēsis, dixi plenè in d. §. itē rescripserunt. Item opp. mulier nō vocetur ad honores vel munera psonalia, vt ff. de mun. & hon. l. 3. §. corpo

ADDITIO.

a ¶Viri. Adde Fel. in c. dilectus filius. de rescrip. & in consi. 12.

§.corporalis. Gl. ſoluit,& iō dic,vt ī ea,& ĩ.dicā.¶His ergo p̄
miſſis,qa hic fit mētio đ mu.& ho.p̄rimonialib.&pſonalib.q̄
īponunt tā maſculis q̄ mulierib.iō mām munerū hic tracte-
m⁹ quorū diuiſionē ponit gl.ſup rub.ſ.de exc. mu.ponit Cy.
lati⁹ ī l.volūtariç.ſ.de exc.tut. Gul.multo lati⁹ ī l.neminē.ſ.đ
6 ſacroſ.ecc.Ego aūt vltra oēs hic multa dicā.†Sciēdū eſt igit,
ꝙ mun⁹ dr̄ trib.mod.ff. de ver.ſign.l.mun⁹ trib.ſed ꝓpriè mu
nus dr̄,ꝙ neceſſario ſubim⁹ lege , vľ mero īpio eius,q hēt po-
teſtatē,vt l.mun⁹ ꝓpriè.ff.de ver.ſign.Et iſtud munus diuidit
p Iuriſcōſultū in l.fi.in prin.ff.de mu.&ho.qa munerū q̄dam
ſunt perſonalia, q̄dā munera p̄rimonialia, quædā ſunt miſta.
7 ¶†Aſſumo primū mēbrū, pſonaliū, q̄dā hn̄t honorē anne-
xum,& appellant honores, vt hic ī tex.q̄dā hēnt vtilitatē an-
nexā,& appellant ſordida,vt l.ſordidorū.ſ.de exc.mu.& l.ma
ximarū,q̄dā non hēnt,nec honorē,nec vtilitatē,& iſta appel-
lātur munera ſimplicia,vt hic in tex.& ſ.in multis rub. Circa
primū.ſ.de munere hēnte dignitatē annexā, dic ꝙ eſt honor.
ſ.adminiſtratio Reipublicç cū dignitatis gradu,vt l.honor.ff.
8 de mu.& ho.†Sed q̄ro q ꝓhibētur hr̄e honores,Reſp.qdam
ꝓpter delictū,vt infames de iure,vel de facto,vt ſ. de infa.l.j.
& de his q nō īple.ſti.l.j.& ſ.de decur.l. nec infames,ſ.de reis
9 poſt.l.j.& ĩ.de digni.l.2.¶†Itē n̄ pōt cōcedi minorib.iſte ho
nor cū adminiſtratione , ſed ſine adminiſtratione bn̄ pōt cō-
cedi,vt ſ.de mu.& ho.nō cōti.inter patrē, & filiū,l.j.in fi.& ff.
eo.l.ad rē,& de vacat.& exc.mu.l.xvj.in prin.& l.ſpurij.§.j. ff.
10 de dec.†Sed an poſſit ꝯcedi mulierib.tex.hic vr̄ dicere,ꝙ ſic,
qn̄ đt honores. In ꝯriū facit l.fœminæ,de re.iu.l.3.§.corpora
lia.ff.eo. Sed honores ſine adminiſtratione,ſine dubio cōpe-
a tunt mulierib.[a] vt l.j.et l.mulieres.ĩ.de dig. & l.īperialis C.de
nupt.& ff.de ſenat.l.fœminæ,honores vero cū adminiſtratio
ne nō reperio in iure ꝯcedi mulierib.niſi hodie de iure Cano
nico Abbatiſſæ monialiū.Itē mulierib.q̄ ſunt miniſtræ ſoro-
rū tertij ordinis ſan.Frāc.Itē mulierib.p̄cellētib.vt in Reginis,
& ī Comitiſſis,q̄ qn̄q; ſuccedunt in comitatu ex ꝯſuetudine,
vel ex priuilegio ſibi dato.Nō ob.ſ.de arb.l.fi.& hic in 3.gl.et
ita de facto videm⁹ in Regina Ioāna Regina Hieruſalē,& Si-
11 ciliç. †Sed q̄ro q̄ dicātur iſta munera,q̄ hēnt dignitatē anne-
xā.Et Guli.in d.l.neminē,ponit exemplū,qn̄ aliqs ꝯſtituit iu-
dex,qb.iudicib.debem⁹ honorē, vt l.2.ff.de in ius voc.& ff.đ
iud.l.pars literarū,& meli⁹ ſ.qn̄ ꝓuo.nō eſt ne.l.omnē hono
rē.Sed certè ego video,ꝙ multa ſunt officia,vbi nulla ē iudi-
cādi poteſtas, tn̄ hēnt honorē,& dignitatē annexā,vt ſunt il-
li,q p̄ſunt cubiculo principis,vel agētes ī reb.& ſimiles,đ qb.
habes.ĩ.li.12.Dico ergo,ꝙ illud officiū hēt honorē,& digni-
tatē annexā,ꝙ ſic reputat in ciuitate. Vnde pōt eſſe ꝙ idē of-
ficiū alibi reputat honor, & alibi nō,vt l.munerū,circa prī.ff.
eo.nec reqrit,ꝙ hēat ptātē iudicādi, ſed ſolū ſufficit,ꝙ ſic re-
putet in ciuitate, & ſic videm⁹ in iſta terra.ſ.in capitaneo par-
tis Guel.q licet nullā hēat iuriſdictionē,tn̄ reputat,vbi tn̄ nō
apparet qualiter in ciuitate ꝓ honore reputat.dico ꝙ illud of
ficiū hēt honorē, & dignitatē annexā,ꝙ hēt poteſtatē ſtatuē-
di p ſe, vel cū ſociis, vt dicim⁹ in decurionib.q ſunt in digni-
tate,vt ſ de decu.l.3.& 4.vel ſi hēt poteſtatē iudicādi,vt l.cui
12 muneris.ff.đ mu.& ho.†Itē aduertēdū eſt,ꝙ iſti honores nō
poſſunt indici,niſi ciuib.& incolis,vt ſ.q ꝓ ſua iuriſ.l.j. & hic.
13 ¶† Itē vacatio ſimpliciter ꝯceſſa nō porrigit ad munera iſta
q̄ hēnt dignitatē annexā,vt d.l.cui muneris,& ꝙ not.ī l.vacua
14 tis.ſ.de decur.†Sed q̄ro,an talis dignitas remaneat finito of-
ficio.Rn̄det,ſi officiū eſt tꝑale,nō remanet dignitas finito of
ficio,vt l.j.ſ.de exc.mun.niſi aliter ſit lege exp̄ſſum,& facit,ꝙ
15 no.p Inn.extra,de p̄b.in c.de multa.in fi. ¶† Venio ad fm̄,&
dico ꝙ aliud eſt mun⁹,ꝙ hēt in ſe vtilitatē annexā,ꝙ appellat
mun⁹ ſordidū, & iſtud eſt illud, ꝙ ꝯſiſtit in officiis vilib.dicit
Gul. quorū multa noīantur iu l.maximarū.ſ.de exc.mu. Tu
dic clarius,ꝙ ſicut illud eſt honor,ꝙ reputat honor,vt ſ.dixi,
ita ē vile,ꝙ reputat vile. Et ꝓ hoc facit ĩ.de ſuſce & arca.l.hu
miliorib.& ibi iō pōt eſſe,ꝙ idē officium alibi eſt vile,& alibi
nō,vt d.l.fi.ī prin. Et pōt eſſe, ꝙ idē officiū reſpectu cauſæ dr̄
vile.& nō vile.Nā ego vidi multos valētes viros q̄rētes elee-
moſynas ꝓ pauperib.& nō ē vile reſpectu cauſæ.Facit ſ.de ſa
croſ.eccl.l.ad īſtructiones,& l.priuilegia,ibi,humanitatis no-
16 ſtræ,&c.¶†Itē q̄ro quib.pn̄t indici iſta munera ſordida.Rn̄.
nunq̄ indicūtur hoīb.poſitis in dignitate, vt l.humiliorib.ĩ đ
ſuſc.& arca.Sed ꝯ hoc facit l.maximarū.ſ. de exc.mu.ꝓut ibi
excuſat quaſdā dignitates p̄cellētes.Sol.illud verū ī mūerib.
ſordidis,q̄ ēt p̄rimoniū reſpiciūt,vt ibi patet,& ĩ.dicā,dū tra-
ctabo de p̄rimonialib.& miſtis,hic loqt de munerib.ſordidis
meris pſonalib⁹,aliàs vero ēt īfamib.poſſunt īdici,vt ſ.de īfa.
b l.j.& de his q nō īple.ſtip.l.j.cū ſequē.[b] Puto, ꝙ ſic,ſi pn̄t illa
officia expedire, arg.ſ. q ætat.l.j. Si enim ꝯceditur in hoc pri-

c uilegiū ſcholarib.[c] ergo in ꝯriū eſt ius cōe. Nec obſt.l.ad rē-
17 pub.ff.e.†qa loqtur ī munere,ꝙ hēt adminiſtrationē,in quo
ſi ꝯcederet minorib.eſſet periculū pp ībecillitatē ꝯſilij, & iō
dicēdū eſt,vt dixi in p̄cedētib. an aūt mulierib.poſſint indici
18 dic vt ſtatim dicā.¶†Venio ad tertiū.ſ.ad mun⁹.ꝙ nō hēt ho
nores,nec dignitates annexas.Exēplū,qn̄ nō reputat honor,
nec vtilitas,vt in legato,& eſſe ſuſceptor pecuniæ, & ſimil. &
ab iſtis nō excuſat aliqs pp dignitatē, arg.ff.de exc.tut. l. pro-
pter magiſtratū. Itē nec ꝓpter infamiā,vt l.j. ſ. de infam. Itē
nec ꝓpter minorē ætatē,niſi in adminiſtratione verſaret peri
culū,vt ſ. ꝓximè dixi.an aūt poſſit ꝯcedi mulierib.hic vr̄ tex.
ꝙ ſic,qn̄ dicit,munera:in ꝯriū vr̄ l.3.§.corporalia.ff.eo.Br̄ dic,
ꝙ tex.iſte ſolenniter loqtur,dicit.n.de munerib.quorū ſexus
19 capax eſt. †Puto aūt mulieres eſſe capaces omnis officij, p ꝙ
earū pudicitia nō lædatur,v.g. ſicut pōt p̄poni in ciuitate vn⁹
medicus, q iudicet de vulnerib.vt dicā ĩ.de ponde.auri.l.j.ita
poſſet p̄poni vna mulier, & plures q̄ haberent iudicare,vtrū
mulieres eſſent prægnātes,vel virgines,vel non,vt ff.de ven.
inſpi.l.j.Itē ſicut pōt p̄poni aliqs,q denunciet maleficia,vt in
auth.de leno.ita poſſit p̄poni mulier, vt denunciet maleficia
aliarū mulierū,q̄ in notitiā maſculorū nō poſſunt peruenire,
qa aliqn̄ ſciunt de his pluſquā maſculi,& de ſimilib.per q̄ ea
rū pudicitia nō lædatur.Ab iſtis aūt munerib.multi hēnt ex-
cuſationē,& vacationē,quidā à lege,qdā ex priuilegio,ꝙ vi-
20 dete per vos. ¶ † Itē q̄ro, vtrū qs poſſit cogi ad duplex offi-
ciū. Dic vt ſ quemad.ciui.mu. indi.l.j.& aliàs plenius dicam.
21 ¶†Itē q̄ro vtrū ille,cui iniungitur tale officiū,poſſit ſe pecu
22 nia redimere.Dic,vt l.illud.ſ.de exc.mu.¶†Venio ad fm̄ prī
cipale mēbrū,ſ.de munere p̄rimoniali.Et hic aduerte,qa pro-
priè dr̄ munus p̄rimoniale, vbi vertit ſumpt⁹, vt l.munerū, §.
p̄rimoniorū.ff.eo.& iſtud diuiditur tripliciter. Qn̄q; ſumpt⁹
imponit pſonæ tn̄ nulla habita ꝯtēplatione p̄rimonii, vt qn̄
imponitur p̄ſtatio per capita. Qn̄q; imponitur habita ꝯtēm-
platione p̄rimonij,vt qn̄ imponitur per ſolidū.& librā. Qn̄q;
23 imponitur rebus, nulla habita ꝯtēplatione perſonæ. † Circa
primū,qn̄ īponitur p capita,de hoc habetis.ff.đ cēſi.l.ætatē,
& ſ.de ann. & trib.l.j.& ibi in rub. & ab iſto nō excuſant aliq,
nec pp ſexū, nec pp ætatē, niſi aliter ſe hēat ꝯſuetudo ꝓuin-
ciæ,vt d.l.ætatē. ff.de cēſ. Et iſtā p̄ſtationē ſolū debent facere
ruſtici,nō aūt ciues de iure cōi, vt ĩ.de cap.ci.cēſ.ex.l.j lib.xj.
iſta p̄ſtatio p capita dēt imponi ꝓ ſalariis rectorū ciuitatis ꝓ
parte,vt d.l.j.ſ. de ann. & trib.& iſtud onus dēt quis ſubire in
loco,in quo eſt ciuis,& incola,ꝓut ſtatim dicā in ſeq.mēbro.
Venio ad fm̄, & dico , quòd qn̄q; imponitur perſonæ ꝓ reb⁹
habita ꝯtēplatione p̄rimonij. Et iſta in vulgari appellatur col
24 lecta,vt dicit gl.in l.reſcripto,§. fi.ff.e. ¶† Quæro hic primò,
d qs poſſit collectam imponere.[d] Rn̄.aut imponitur pp neceſ-
ſitatē ciuitatis,& pn̄t ipſi ciues imponere, vt not. in l.j.§.pen.
ff.ꝙ cuiuſq; vniuerſita. & ꝓbatur ſ.de oper.pub.l.oēs.& ſ.de
im.ne.ꝯced.l.fi. Aut imponitur ob publicā vtilitatē, & n̄ pōt
imponi ſine exp̄ſſa licētia principis, vt ſ.de exc.mun.l.placet,
& ſ.de ſuperindict.l.j.Vnde ſi q̄dā ciuitas vellet imponere col
lectā,vt donaret principi,n̄ poſſet de iure, ſed de facto ſic.Prę
dicta vera ſunt ī ciuitate,q̄ recognoſcit ſupiorē: ſed ſi eēnt ci
uitates liberæ,& n̄ recognoſcētes ſuperiorē,poſſent īponere
e qūo ſibi placeret.[e] † Sed q̄ro cui poſſit imponi hæc collecta.
25 Rn̄detur,ciuib.& incolis tn̄,vt d.l.reſcripto.ff.eo.in fin.& iō
ſi ſo

ADDITIONES.

a ¶Cōpetunt mulierib.Adde iſtū in l.j.ĩ.de dig.lib.12. & Pan.in c.dilecti fi-
lij,nu.2.& ꝙ ibi poſui in addi.ad ipſum,in ver.in muliere.extra.de arbit.
b Alex.¶Limita p Bar.in l.j.de auro coronario. Quid in ſcholarib. ſtudētib.
in ꝓpriis domibus?Dic idē ſm̄ Bar.in l.j q ætate ſe excuſant,& l.medicos.
& ꝙ no.ſ.de ꝓfeſ.& medic.in ver.item q̄ro aliquis.Adde Bal.in l.2.ſ. ſine
cēſu vel reli.& Bald.in l.placet.ſ.de ſacroſ.ecc..vbi dixi an poſsint colle-
ctæ īponi forēſib.ꝓ rebus,quas tenēt in ciuitate collectāte. Determinat,
ꝙ n̄,đ quo p eūdē ī l.reſcripto.§.fi.ff.đ mu.& ho.viđ Bar.ī l.forma §.illā,
đ cēſ.Et an forēſis poſsit ꝯueniri ī loco,vbi hēt ſuas poſſeſsiōes.& terras.
c Scholarib.Tu viđ đ hoc la.Reb.ī l.nec ipſi.no.j.ſ.đ ic.et vbi qs d ha.videat
d Imperatore.Vide Fel.in c.cū dilecta, de reſcri.ver.ſing.Adde iſtū in l.vna.
nu.2.& quod ibi poſui in apoſt.ad ipſum,in ver.collectas.ſ.de ſuperindi.
e Ale.Nota per Bar.in l.j.qđ cuiuſque vni nō.& aliq.d ī l.4.§.actor.& ibi ſcrī
pſi.ff.de re iudicata,& in l.placet.§.de ſacroſanct.eccl.Et an dn̄s poſsit im
ponere vaſallo,per Bal.in l.penultima,ſ.de bonis,q̄ liber.¶Quid ſi ciuitas
dēt mittere mille homines iu exercitū,an ſit onus impoſitū pſonis,an ve-
ro reb.Vide Bal.in l.ēt.in fine, ſ.de exec.rei iud.Itē vſurario forēſi īponit
collecta,Bal.in l.ēt.ſ.de exec.rei iudic. Itē collectæ dicūt illa q̄ non hēnt
certā formā,ſed variāt ſm̄ volūtatē ſuperioris,vt no.Bal.in l.fi.ſ.ſine cen-
ſu,vel reliquiis.¶Item collecta imponitur p ſolidū.& librā.¶Librā.Adde
Ion.in c.grauem,de ſent.exc.& vide d.Ale.in d.§ actor.alle.in text.prout
ipſe ſe remittit,ver.quærit ſucceſsiue Bar.cum cōcor.nōnullis ibidem per
eū ſignatis. Adde gl.in l.ſancimus.la i. in ver.per æquatio.ſ.de aduo.diue.

si forēsis possideret in territorio vnius ciuitatis, nō posset sibi
imponi collecta, qa cū imponat̄ psonæ, licet ꝑ reb. & psona
a nō est subdita, nō pōt sibi collecta imponi,[a] vt d. l. rescripto. ī
fi. & l. libertus, §. sola. ff. ad mun. Fallit in vsurario. Itē fallit in
ciuitate, q̄ de hoc hēt priuilegiū, vt d. l. munerū. §. pr̄imonio-
rū. ff. de mun. & hon. Itē fallit in ciuitatib. q̄ hoc hēnt ex ꝯsue
b tudine,[b] cuius ꝯrij non extat memoria, q̄ hēt vim priuilegij,
vt l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æstiua. ¶Itē
fallit in ciuitatib. q̄ fecerūt sua pdia tributaria ꝑpter collectā,
sed tunc dēt imponi reb. non personis, & iō cadit in sequenti
26 mēbro. ¶† Itē q̄ro, qualiter imponatur ista collecta. Et glo. in
l. j. s̄. de apoc. pub. dicit, ꝙ imponitur magnis, & paruis p soli-
dū, & librā, vt qui plus hēt, plus soluat. Et ꝙ ibi dixi, fallit si im
ponatur pro salario rectoris, vt s̄. ꝑx. mēbro dixi. Fallit ēt in
27 casu quē statim dicā. ¶† Quæro ergo vtrū istud munus diui-
datur in sordidū, & non sordidū, Gul. dicit ꝙ sic, vt puta si im-
poneret̄ collecta ꝑ redimendo aliquo munere sordido, dice
ret̄ munus sordidū, aliàs secus. Certè licet de iure cōi munus
non possit redimi pecunia, vt l. illud. s̄. de exc. mun. cū sim. tñ
si hoc ꝯtingeret fieri authoritate superioris, fateor dictū Gul.
& tunc ad istā collectā soluendā non tenerentur hi, q non te-
nebātur ad munera sordida, aliàs alter ꝑ altero grauaretur, ꝯ
l. j. j̄. vt nullus ex vicar. ꝑ ali. debi. &c. & si tūc non imponeret̄
28 collecta per solidū, & librā. ¶† Itē q̄ro ꝑ imponēda collecta,
q̄ res æstimabūtur? Rñ. oīa mobilia, & immobilia, vt ff. de cē.
l. forma, & s̄. de immu. ne. ꝯced. l. fi. ¶Sed q̄ro qual'r fiat ista ę-
stimatio? Dic, vt l. susceptores, j̄. de suscep. & arca. ¶Sed q̄ro à
qua parte incipiet hr̄e effectū talis ęstimatio? Dic vt in l. j. s̄. de
29 apo. pub. ¶† Item q̄ro, vtrū collecta possit imponi clericis, &
c ecclesiæ,[c] Rñd. ex pdictis apparet, ꝙ nō, cū dēat imponi per-
sonæ subditæ, & ecclesiæ, & clerici nō sunt nobis subditi, er-
go, & c. hodie declaratū est per auth. Itē nulla cōitas. s̄. de sacr.
30 eccl. ¶† Itē q̄ro, aliquis est hic ciuis, & alibi hēt possessiones,
vtrū ꝑ possessionib. alibi positis cogat̄ his soluere collectas?
Gl. hic dicit, ꝙ non, qa sm̄ hoc alibi solueretur tributū, & hic
collecta, qđ cē non dēt. Et sm̄ hoc seq̄t̄, ꝙ si eēt res, ꝑ qua nō
solueret̄ tributū, vel collecta alibi, ꝙ hic cogi possit ad soluē
dū. Et ita intelligunt qdā istā gl. q̄ si simp'r loqueretur dānāt
eā. Sed ego puto ꝙ glo. verū dicit. Nā ꝑ possessionib. tributa-
d riis nō dēt solui collecta alibi, vt l. priuatæ, de exc. munerū.[d]
31 ¶† Aut īponitur à ciuitate, & nō pōt extendi collecta ꝑ reb.
q̄ sunt extra territorium, arg. ff. de iurisd. om. iud. l. fi. & de bon.
auth. iud. pos. l. cū vn⁹. §. pe. & fi. ꝙ est notādū. Tñ in ciuitatib.
Italię, cū q̄libet ciuitas hēat ꝯsuetudinē imponendi collectas
ēt forēsib. possidētib. in territorio nō est dubiū, ꝙ ꝑ reb. alibi
positis, q̄ in ciuitate originis, vel domicilij, non dēat soluere,
aliàs forte posset cōpelli, ēt ꝑ his, q̄ hēt extra territoriū, arg. l.
e fi. ff. de dec. ab ordi. fac.[e] ¶† Itē q̄ro qs excuset̄ ab isto mune-
32 re. Rñ. null⁹ r'r, vt hic, & §. pr̄imoniorū, & l. j. s̄. quē ad mu. ci-
ui. in prin. de mu. pr̄i. l. 2. Fallit in doctorib. actu legentib. vt l.
medicos, & ibi no. de ꝑfes. & medi. ¶Itē fallit in officialib. sm̄
33 distinctionē q̄ posui s̄. de im. ne. ꝯced. ¶† Itē q̄rit gl. ꝑ fundo
f dotali qs soluet collectā. Dicit gl. & bene, ꝙ maritus,[f] p l. ha-
ctenus. ff. de vsuf. & ꝓbatur. ff. de impensis in reb. do. l. neque.
34 Et qa vir pcipit fruct⁹, iō, & c. vt l. j. s̄. de ann. & trib. ¶† Venio
ad tertiū. s. ad munera mere pr̄imonialia, q̄ ipsis reb. indicun-
g tur.[g] Ista sunt triplicia. Q̄ñq; indicuntur ipsi rei de eo, ꝙ faciē
dū est in ipsa re, seu de ipsa re, vt ꝙ nauis, vel seruus, vel equus
vadat in seruitiū reipublicæ, hoc. n. fit in ipsa re. ¶ Itē ꝙ mili-
tes hospitētur in domo: hoc. n. fit in re ipsa. Q̄ñq; ista munera
sunt de eo, ꝙ percipitur ex re, vt ꝙ detur tertia pars fructuum,
vt l. modos, s̄. de suscep. & arc. Q̄ñq; imponitur ipsi rei de eo,
ꝙ nō fit ex ipsa re, nec in re, nec de eo, ꝙ percipitur in re, nec
ex re, sed est oīno extra rem, vt q̄ñq; dēt ꝑstare certā pēsionē
pecunię annuatim, q̄ñque pecunia ex re ipsa non percipitur.
De primo, & scđo patet exēplū. ff. de mu. & ho. l. fi. §. pr̄imo-
niorū, & §. sequ. & de priui. vete. l. pe. De tertio est exēplū in l.
hacten⁹. ff. de vsuf. & s̄. de impon. lucr. desc. l. j. & in oīb. legib.
facientib. mentionē de tributo, seu vectigali, ꝙ soluitur in pe
cunia, & differt istud tertiū à munere, ꝙ imponitur personæ
ꝑ reb. Nam ibi est obligata persona, & per ꝯns oēs res pr̄imo
nij, vt l. aufert̄. §. fiscus. ff. de iure fis. & no. s̄. poe. fisca. cred. præ-
fer. l. j. hic vero q̄libet res tenetur ꝑ munere, quòd eā rē respi-
35 cit, & non vltra, vt ff. de pub. & vectig. l. Imperatores. ¶† Itē
q̄ro, qui excusentur ab istis munerib. Rñ. nemo cuiuscunque
priuilegij, vel dignitatis existat, ēt si sit ecclesia, vt s̄. de exact.
trib. l. fi. & de sacr. ec. l. placet, & l. iubemus nullā nauē, & j̄. de
naui. nō exc. l. 2. & de epi. & cler. l. de his, nisi quaten⁹ lege vel
36 priuilegio sit exp̄ssum specialiter, vt s̄. de epi. & cler. l. j. ¶† Ve-
nio modo ad tertiū principale. s. ad munera mista, & cū s̄. vi-
derimus de simplici, facile cognoscemus cōpositū. Sunt. n. q̄
hēnt onus personæ ꝑ sumptu, vt d. l. munerum. §. mista. ff. eo.
Sed hic est aduertendū, dixi. n. s̄. ꝙ à personalib. qdā excusant̄
à pr̄imonialib. nullus, qd ergo fiet: vtrum ꝑpter id, ꝙ sapit na
turā personaliū excusetur à toto, an verò ꝑpter id, ꝙ sapit na
turā pr̄imonialis, vel realis excusetur à nihilo? Et breuiter li-
cet ꝯtingat, ꝙ qs nō possit grauari ad personalia pp delictū,
siue ꝑpter aliā immunitatē, semper fiet separatio, qa quate-
nus hoc respicit personā nō grauabitur: quaten⁹ aūt respicit
sumptum, seu pr̄imoniū grauabitur, vt l. relegatorū. §. fi. & l.
seq. ff. de interd. & rel. & hic est casus l. maximarū, s̄. de excus.
mu. Nā ibi ponuntur qdā munera sordida, q̄ respiciunt sum-
ptū, & laborē personæ, & sic sunt mista, à quib. excusantur so
lū pr̄imonia quorundā, q̄ sunt in maxima dignitate, aliorum
aūt pr̄imonia nō excusantur, licet sint in dignitatib. minorib.
Sed ꝯstat ꝙ oīs persona, quæ in dignitate est, ꝑut personā re-
spicit, excuset̄ è munerib. sordidis, vt l. humiliorib. j̄. de susc.
& arc. Ergo apparet, ꝙ alij existentes in dignitate nō grauan-
37 tur ipsi, sed eorum patrimonia. ¶† Item quæro, cum in iure
sæpe fiat mentio de muneribus ordinariis, & extraordina-
h riis, & quę sint ista. Et Guliel. dicit in d. l. neminem,[h] quod or
dinaria sunt, quæ habent certam, & determinatam præstatio-
nem. Extraordinaria sunt, q̄ q̄ñq; per accidens inducuntur,
vt l. Seio. §. medico. ff. de an. leg. & l. sed & si per ꝑtorem. §. si fe
riæ. ff. ex qb. cau. ma. Sed l. j. s̄. de vac. pub. mu. vr̄ velle dicere,
quòd sunt extraordinaria munera, q̄ imponuntur à lege, vel
senatusꝯsulto, vel ꝯstitutionib. principum. Certè illa ꝯcor.
cum dicto Gul. qa qñ imponuntur à lege, vel consuetudine
perpetua, vel ꝯstitutione. tunc de necessitate hēnt certā, & or
dinatā ꝑstationē. Sed ea, q̄ imponuntur q̄ñque per accidens,
non possunt habere perpetuā, & ordinariā ꝑstationem, & hoc
modo forte debet intelligi l. prima, s̄. de superindi. quia indi-
ctiones per singula lustra ante illam legem nō imponebātur
perpetuò, sed fortè ad beneplacitum principis. Si enim vere
hoc fuisset, sine dubio fuissent ordinarię ꝑstationes: sed qa nō
i erant, iō fuit necesse redigi in aliā ꝯstitutionem.[i] † ¶Itē q̄ro,
38 pedagium, seu gabella, q̄ soluitur à transeuntib. vtrū sit onus
reale, vel personale. Et respondeo ꝙ est reale, vt l. 2. de priuil.
k vet. & no. in l. fi. de can. larg.[k] Sed tūc q̄ro vltra, cum dicimus
clericos teneri ad onera realia quare ab eis nō possunt exigi
istæ gabellæ, vt in c. clericis, ext. de im. ec. lib. vj. Respondeo ꝙ
dixi ista munera pr̄imonialia exigi à clericis, intelligas quan-
do pr̄imonium iuit ad clericos cum onere, sed si ad eos iuis-
set res libera, non possent grauari, sed istæ gabellæ, & pe-
dagia indicuntur rebus liberis clericorum, ideo quia tran-
seunt per totum territorium, hoc autem non potest fieri, er-
go, & c.

ADDITIONES.

a ¶Imponi. Adde do. Ale. de Imo. in consi. 68. 2. parte.

b ¶Ex consuetudine. Vide do. Ale. de Imo. consulentē contra Bar. in cōs. suo 210. inc. viso. ita etiam refert, & sequitur do. Ias. May. in l. de quib. de legi. Et dic, quod immo videtur sufficere consuetudo antiqua si ponderes Bar. in l. 1. j̄. de aur. coro. lib. 10. quæ consuetudo est decem annorum, sm̄ Pan. in c. fi. de consue.

c Clericis, & ecclesiæ, Adde quod posui in apo. ad istum in l. placet. nu. 14. in ver. pro rebus ecclesiæ, s̄. de sacros. eccl. in 2. lect.

d Ale. ¶Vide Io. An. in c. j. de immu. ecc. li. 6. & ibi Dom. de sanct. Gem. & do. in Cle. 1. §. sane. de iure pat. & Io. Cal. in consi. 10. quod ponit in ti. de cōsti. & incipit, factum super quo consilium petitur, tale præsupponitur. Alex. Sed si alibi non solueretur tributum, tunc dicit Gul. Aut imponitur colle cta ab eo, qui habet iurisdictionē vniformem in omni loco, vt à principe, & tunc deberet soluere quis pro rebus, quas habet vbique. Consuetudo Italiæ se habet, quod à forensib. posidentib. in territorio soluatur collecta, adde Bal. in l. etiam. s̄. de execu. rei iud.

e Ale. ¶Hoc firmat Io. And. in c. 1. de immu. ecc. li. 6. & ibi do. & do. in d. cl. 1. & vide l. fi. §. pr̄imoniorum, & l. rescripto. §. fi. & ibi gl. & Bar. ff. de mun. & ho. & habetur in auth. item nulla communitas. supra, de epi. & cle. & in c. 1. de imm. ecc. in 6. & ibi Io. & plene Bal. in l. 3. & Sal. s̄. sine cēsu, vel reliquiis. & Ang. in l. 4. §. actor. & ibi etiam do. Ale. ff. de re iud.

f ¶Maritus. Adde do. Soc. in consi. 217. inc. circa hanc q. ver. nono hoc idem.

g Ale. ¶ Vide in rub. supra, de ann, & ibi vide Bar. & adde Bar. in l. rescripto. §. fi. de mu. & ho. & per gl. in rub. supra, de mu. patri.

h ¶ Gul. in d. l. neminem, Adde eundem Gul. de Cu. in l. placet, nu. 7. & ꝙ ibi posui in apost. ad ipsum in ver. ab ordinario, s̄. de sacros. ecc. dixi post Iac. Rebuf. s̄. in rub. de mu. pat. nu. 2. isto ti. & in rub. de iud. nu. 2. isto etiam lib.

i Ale. Et quæ dicantur munera ordinaria, & quæ extraordinaria, adde Bal. in l. fi. ver. adde tamen, s̄. sine censu, vel reli. & Bar. in l. hi qui. ff. de iur. imm. Imo. in l. si ex toto, in prin. de leg. 1.

K Ale. Clerici non tenentur soluere pedagium, seu gabellas. Vide per Bal. in l. placet, & in l. ad instructiones, & in l. pe. supra, de sacros. eccl.

* Gabellas, Adde Ang. in cōs. inc. punctus quęstionis talis est, & Io. de por. Vicen. in consi. omnipotentis Dei postulato suffragio, in primo sciendum, & Fed. de Sen. consi. 10. & Esdre. c. 7. ver. vobis quoque totum.

a go,&c.[a] ¶†Sunt & aliæ distinctiões munerũ,quia quædã pu
39 blica quædam priuata, & ista non prosequor, quia nõ perti-
nent ad nram mãm. ¶Itẽ quædã dicũtur angaria,& quædam
b perangaria, b qa sub prædictis continẽtur,& habemus rubri-
c cã spãle infra de cursu pub.&angariis & parãgar.li.xij.c ¶VI-
timò scias, quòd omnia ista dicuntur munera ciuilia,vt l.mu
nerum.§.hæc aũt omnia ff.de mun.& hon.Hic non sunt alia.

ADDITIONES.

a Ale. Vide Bar.& quæ ibi scripsi in l.j. in fi. prin.ff.de pub.& dictũ do.An.in c.si diligenti, de rescrip.in fi. vbi tenet clericos à collecta esse exemptos, prout reperiuntur exempti de iure.& Imo.in c.fi.de rescrip.in repe.

b Quædã angaria,& q̃dã parangaria.Tu vide de hoc Reb.in rub.s̃.de ann.& trib.nu.7.isto li.Gui.de Cug.l.neminẽ,nu.12.& ibi posui ĩ apost.ad ipsum ĩ ver.q̃d dr̃ angariũ mun⁹ s̃.de sa.san.ec.& gl.c.j.ĩ ri.q̃ sint regal.ę.ĩ vsi.feu.

c Alex.¶Vide l.neminem, de sacrosf.ecc.& ibi plene declarat Cy.& gl.in c. non minus,de immun.eccle sia.& per Rof.in libellis suis.

¶De legationibus. Rub.

LEX SECVNDA.

1 *Salarium quod debebatur vni,ex duobus officialibus,vel ambasiatoribus qui mortuus est non accrescit ei,qui solus impleuit.*

CVM VOS. Pone hic casum in terminis sic. Titius & ego sumus creati syndici in causa fisci,vel Principis, ad defendendam quãdam causam Principis: & accepimus pecuniam pro sumptibus litis,ego iui,& cum defendi,sed Titius non venit, quia mortuus est. Ego volo repetere ab hæredibus illius Titij illam pecuniam, quam ipse habuit à Repub. quæritur an possim? Et rñdetur, ꝙ si ille acceperit pecuniam ob proprios sumptus,non possum repetere ego, sed Respublica. Aut ille accepit pecuniam propter sumptus, hoc est,vt solueret aduocatos,& tunc cũ ego,qui iui ad defendendũ cãm, sim ad hoc obligatus,potero illam pecuniã repetere. Item potero collegam meũ in eo in quo deliquit,propter onus sibi impositum accusare corã prǽside,ꝙ intellige si ille collega meus viueret.
1 h.d. ¶†Et nota,quod licet vnus ex officialibus, vel ambasiatoribus decedat,vel aliàs offm̃ non impleat,ꝙ salariũ decedẽ
a tis,vel alꝭs nõ implẽtis,nõ accrescit ei q̃ solus impleuit.ꝙ no.[a]

ADDITIO.

a An.¶Hoc puto verũ si duo essẽt deputati ad idẽ offm̃,secus si ad diuersa, vt vno decedente,alter gereret vtrunque officiũ,& de mandato superioris, quia tunc cum officia sint distincta, & distincta hab ãt salaria,iste dr̃ sufferre vicem duorũ,&ideo duplex salariũ hab ere poterit.arg.s̃.de adu. diue.iud.l.binos.¶Itẽ facit hęc lex,quod si ambasiator decedit in itinere, salariũ pro rata tẽporis,quo non seruiuit per hẽdes debet Reipublicę restitui.¶Et sic facit contra hẽdes assessorũ,qui in officio decesserunt,quòd teneãtur restituere pro rata tẽporis, si totũ assessor receperat salariũ, vel si nõ receperat:q̃d hẽdes nõ dẽant hr̃e,nisi pro eo tẽpore,quo defunctus seruiuit.De quo p Doc.in l.diẽ functo.de offi.asses.¶Itẽ nota,ꝙ si vn⁹ ambasiator in itinere decedat,alter sol⁹ põt officiũ ambasiatæ explere, & id ꝙ faciet,tenebit,& ratũ erit,ac si eẽt factũ p ambos.Vide ff.e.in l.legatis.

LEX III.

TRANSMARINA. Legatio trãsmarina tribuit vacationẽ biennij,secus si prope,quia tunc talis legatio non tribuit vacationem.h.d.Sed op.s̃.de mun.& hon.l.2.Solu.illa determinatur per istam. Vel aliter,Legatio à remotis tribuit vacationem ab omnibus ciuilibus muneribus,vt hic:legatio verò de propinquo tribuit vacationẽ à munere legationis per biennium,non à muneribus ciuilibus.

LEX IIII.

1 *Recipiens dignitatem ad postulationem,& procurationem,non habet immunitatem à muneribus secus à liberalitate.*
2 *Pacto an fieri possit ne immunitas à lege concessa locum habeat.*
3 *Immunitas concessa officio,quando duret,etiam officio finito.*

VNIVERSI. Omnes, qui dignitates suffragio receperunt, non habent vacationẽ à muneribus propter dignitatem: sed si legatus fuerit,habet propter legationem.h.d.Ista est singu-
a laris lex,& ideo no.a Sed op.vr̃,ꝙ isti,&similes excusantur,vt ff.de va.mu.l.legato.§. comites,& l.eos.s̃.de exc.mu. Hui⁹ timore hæc lect.huius l.variatur.Nam contraria loquuntur in
1 eo,qui recipit dignitatem ex mera liberalitate:†Hic verò in eo,qui recipit ad postulationẽ,& procuratiõem,arg.ff.quod quisq; iur.l.3.in prin. ¶Et not.hanc lect. & facit s̃. de pet. bo. sub.l.1.& quod ibi no.& de excus.tu.l.tria onera.ibi dũ dicit,
b nõ affectatæ.b †Alij dicunt, ꝙ in cõtrariis recipit dignitatem
2 simpliciter hoc suffragio.i.pacto,ne immunitatem hr̃et, q̃d est tenendum menti, quod ex pacto fieri pt̃, ne immunitas à lege concessa locum habeat. ¶In contrarium facit,quod dicimus de clericis, qui non pñt renunciare priuilegio clericatus. vt extra, de foro compet.c.si diligenti. licet de iure ciuili videatur secus,vt s̃.de pact.l.si quis in ꝯscribendo. Tertio modo legitur,quod contraria loquuntur in his, quæ recipiũt dignitatem sine salario:hic verò in his,quæ recipiunt suffragio, id est,cum salario,& contemplatione salarij magis quam officij,& etiam hanc lec.tene menti, quia singularis est. Alij dicunt, hic finitum erat officium, in contrario autem durabat.
3 †Sed hæc lect.non est vera,vt s̃.de exc.mu. l.maximarum.in fi.& l.eam legem. Vel,coniungendo hanc legem cum legib. præcedentibus, quia quandoque quis consequitur officium absque dignitate,& tunc durante officio habet immunitatẽ, vt s̃.de excu.mu.l.j.& quod ibi no. Aut cũ dignitate,& tunc aut illa dignitas obuenit absque procuratione, & absque pacto,& non prætextu salarij, & habebit immunitatem durãte dignitate, & postea, vt d.l.maximarum. in fi. & l.eam legem. Aut obuenit cum aliquo ex prædictis,& habebit immunitatem durante officio non postea, vt hac lege, quam not.quia lex ista est singularis.

ADDITIONES.

a Ale.Adde Bar.in l.si seruus.§. si vero.de fur.in q. illa de dãnis datis ambasiatorib.vt non restaretur si ambasiata fuit ꝓcurata.& per Bar. in l. inter causas.§.non omnia.ff.mandati. Facit c.2.de temp.ordi.in 6.& in l.q. contra,de incest.nu.vbi ignoratia procurata nõ excusat.& Bar.in l.j.in prin.si quis test.liber esse ius. fue.facit Gul.dictũ in l.cõtra,ff de legi.qui dicit,ꝙ ciuis sciens pensionẽ secretã,ꝙ minus valere dẽat, vendidit carius, quòd illa malitia eum nõ excusat.Vide Io.An.& Imo.in c.significasti. de pig.& Spe.in ti.de iud.in versi.illud aũt.vbi dt̃,ꝙ si nuncius missus à dño captata tñ opera, & nõ requisitus in itinere fuit captus, nõ tenetur dñs eũ redimere.Vide Inn.in c.sicut.el 3.de iureiurando, de illo qui in bello amisit equos,vt non teneatur dominus eos restaurare,si ipse affectauit.

b Ale.Adde ẽt ad hoc optimũ tex.in l.2.§.fi ff.si quis cau.&l.quidã.ff.ex qui. cau.maio.Addẽ ẽt q̃d cũ ille, qui est in officio vili, & parui valoris,præsumitur affectus.Tex.est in l.spadonẽ.§ fi.de excu.tut.in no.xxxj.in litera M. Adde, quod habetis in l.vxori.§.fi.de Fal.& l.ex sententia. & quod ibi Bart.ff.de test.tu.& per Doct.in c.2.vt lit.pendente.in 6. & quod dixi s̃.in magna apostil.adde tex.& ibi Ang.in auth. vt iudi. sine quoquo suffrag.in prin.& contra officiales procurantes habere officium,præsumitur habere animum male se gerendi,vt dicit Bar.in l.fi.de murilegulis.

LEX V.

1 *Practica faciendi propositum in consilio.*
2 *Præses prouinciæ qualiter coadunet consilium.*
3 *Præses solus non refert principi respicientia publicam vtilitatem.*
4 *Statutum factum à præside siue consilio,non valet,nisi confirmetur per superiorem,& qualiter hoc intelligatur.*
5 *Præses prouinciæ non posset facere constitutionem,tamen contrarium seruant præsides missi ab ecclesia.*
uinciis circunstantibus,& naucleros aliarum prouinciarum,
& his constituit certam mercedem,&fecit frumenta,& alias
species portare Romam,quod fuit relatum Principi,qui hoc
commendat,& dicit bene factum esse,& fieri potuisse,&hoc
dicit, cætus,id est,collegium inopia, id est, propter inopiã in-
1 uestigandæ,id est,inueniendæ classis,id est,nauigij.¶†No.di-
ligenter,quod quando id,quod per homines certæ regionis
debet expediri, si non potest,debet expediri per alios. ¶Item
no.quod hoc fit expensis publicis non eorum,qui hoc face-
re debebant,quod intelligo si illis nulla culpa potest imputa
ri,aliàs secus,vt ff.ad legem Rhod.de iac.l.si vehenda.§.j.facit
j̃.de naufrag. & quod ibi not. in fin. Tertiò not. quòd hæc
transmutatio, scilicet quod portetur per alios , fit per recto-
rem illius loci, vt hic : nec hoc fit liberè, sed causa cognita,
si necessitatem viderit imminere, sic ff.de vsufruct. leg. l. le-
gatum, & de administratio. rerum ad ciui. pertin. l. legarum.
2 ¶†Et istud facit ad quæstionem, quæ pridie hic erat, statu-
tum

tum eſt ꝙ priores non poſſunt prouidere contra ordinamen
ta facta per adunantiam generalem.¶ Item per adunantiam
erat datus certus modus in eligendis poteſtatib. & compert-
tũ fuit ꝙ ſi ille ordo ſeruaretur, ciuitas iſta remaneret ſine re-
ctore,conſuluimus,ꝙ hoc caſu emergente priores poſſint ꝓ
uidere,nec dicerentur facere contra ordinationem adunãtiç
3 generalis,vt hic,& l.legatum.ff.de vſuf.le.¶† Vltimò not.ꝙ
pro neceſſtate publica imminente poteſt rector ciuitatis iu-
a ſta cauſa conſtituere minimum ſalarium, & ſic præconium [a]
valet, quòd quicunque ceperit talem malefactorem, & præ-
ſentauerit,habeat à communi tantum, & hanc legem ad hoc
allegat Gul.in l.1.ff.de iuſt.& iur.& ibi vide.

ADDITIO.

a ¶Ale.¶præconiũ.quicunque ceperit malefactorẽ,&ꝓſentauerit,hẽat puta centum à communi,an valeat?contrarium tenuit Bart.l.ſi libertini.in fi.ff. ad leg. Flauiam de plagiariis, vbi đr, quod non valet ſtatutum,quia eſt ꝯ bonos mores,niſi eſſet hoſtis ciuitatis,vt l.non omnes,§.fi.& ibi vide.ff.de re milita.per Bar.l.1.in prin.ff de iuſt.& iur.ver.item inducitur ad quęſtio. per Bal.l.pe.ṡ.comminationes,vel epiſtolas.& Ang.l.intereſſe de acq. poſ. & in l.1.in princ.quod quiſque iuris, Bar.& Bal. in d.l.1.de iuſt.& iu.bene facit quod no.Bar.l.1.poſt Gul.de Cu.ad l.Rho.de iac.& adde Bal.c. domino guerram.hic finitur lex,incipiunt conſuet.vbi dixit, quod expenſa facta in capiendo bannitum,fiſcus tenętur reſtituere per d.l.j.de iuſt.& iur.

LEX V.

1 *Portans frumentum,vel alias res prohibitas portari extra territorium.ſi cum ſalma reperitur per viam inſolitam,& non rectam,eſt ſuſpectus.*
2 *Ambaſciatores qui vadunt per viam tranſuerſam, & non rectam, vt diu ſtent in ambaſciata pro illo tempore ſalarium conſequi non poſſunt.*

QVI FISCALES. qui per rectam viam non vadit,& ſpecies
a publicas diſtrahit,pœna capitali punitur.h d.[a] †No.arg.imo
1 quaſi eſt caſus, ꝙ ſi quis reperiatur cum ſalma frumenti, vel
cum aliis rebus vetitis portari extra territorium in aliqua via
b non recta,& non conſueta,eſt ſuſpectus, [b] ꝙ eas velit expor-
tare contra decretum (aliàs,deuetum.)Facit ĵ.de cur.pub.l.ſi
qs per publicum. ff.ad l.Cor.de Fal.l.eos.in fi.ſecundum vnã
lect.& hoc modo poteſt practicari ṡ.de ſer.fug.l.ſi fugitiui.v-
bi dicitur, quod ſi fugitiuus deprehendatur, &c. Quomodo
enim poterit probari,quòd habuerit animum tranſeundi,cũ
fuerit captus in actu tranſeundi?Reſpondeo ex qualitate lo-
2 ci vbi captus eſt,vel inuentus eſt,& dic, vt ibi.¶ † Item facit
hæc lect.contra ambaſiatores,qui ad hoc,vt habeãt maius ſa
larium,& maiori tẽpore ſtent in ambaſiata, vadunt per viam
tranſuerſam,& non rectam,quod ſalarium cõſequi non poſ-
c ſunt pro illo tempore.[c]

ADDITIONES.

a Ale.Hoc đt,adde Iac.de Bu.& Bal.l.ſi quis non dicam rapere. C.de epiſ.& cler.adde Bal.l.ſi fugi.& per Bar.l.cum proponas.de nau.fœno.& quæ ibi doc.optime facit l.cotem.§.dominus.& l.Cæſar.de pub.Ale. Quid ſi portat arma contra decretum,non tamen per officialem fuit repertus,an incidat in pœnam ſtatuti?vide Ang.& Imo.l.3.§.Neratius.ff.de acq. poſſ.per Are.in tractatu maleficiorũ.in verbo.ma.Bar.l.1.de litorib.&itine.pub.lib. 12.dat cautelã,quod timens accuſari notificet officiali ad quẽ locũ vadit, vt non præſumatur contra decretum ire.vide Bar.l.cætera.§. ſi quis ad opus,de leg.1.idẽ voluit Bal.l.ſi fugitiui.de ſeruis fugiti.& Iac. But.& Bal. l.ſi quis non dicam rapere.ṡ.de epiſc.& cle.
b Suſpectus adde Sal.l.3.C.de nau.fœno.& Io.Andr.in add.ad Spec.in tit.de conſt.§.1.ver.pone ergo in add.&quod ad materiam hanc habetur ꝑ Alb. de Roſa.in tracta.ſtatutorum, 2.part.4.q.& per Alex.l.qui Romæ.§.Callimachus de ver. obl.ſed quid de portãte extra territorium aliquas merces prohibitas,& aliquas non prohibitas,an perdat omnes,ſ.prohibitas,&nõ prohibitas.dic quod ſolum prohibitas niſi ſtatutũ eſſet cõtrarium, vt per Fel.in c.ſignificauit.de iud.ad fi.vbi etiam nonnulla alia ad materiam.
c Ale.¶Tempore.idem tenuit Bar.l.pe.ff.de itine.actuque priuato & in l.non ſolum,§.diuus,ff.de excu.tu.& in l.1.§.fi.ff.ſi quis cau.& in l.1.in prin. ff.de his,qui deie.vel effu.vtrum debeatur ſalarium pro via noua longiori.

LEX VI.

1 *Ciues ciuitatis puniuntur pro delicto iudicis.*
2 *Repreſaliæ poſſunt concedi propter iuſtitiam à iudice denegatam.*

IVDICES. hæc lex legitur duo. modis, ſi iudices patiuntur
tempore rectæ nauigationis naucleros in ſuo territorio com
morari,puniuntur ipſi,& municipales, h.d.ſecundum vnum
intellectum. vel ſecundum alium intelligitur ex iudicib.qui
patiuntur naucleros detineri. ſecundum hoc exponitur ibi
1 morari,i.detineri,ſec.And.de Baru.†no.ꝙ propter delictum
2 iudicis puniuntur omnes ciues ciuitatis.† Et facit quòd pro-
a pter negatam iuſtitiam à iudice poſſint concedi repreſaliæ[a]
contra omnes ciues,de quo plenè dixi in lib.de repreſal.in 5.
q.prin.

ADDITIO.

a Repreſaliæ.Et an,quando,& in quib. concedi poſſunt,& quæ requirantur ad eas concedendas,an ſi iuſte concedãtur,impetrans teneatũr, vide Fel. c.Rodulphus,de reſcrip.& remiſſiones quas ibi poſui in apoſt.

¶De prædiis,& omnib.reb.nauiculario. Rub.ij.

1 *Bona Nauiculariorum,quibus oneribus ſubiaceant.*

¶Cõtinuatio patet. quærit gl.de quib. nauiculariis loquitur.
1 Reſp.de portãtib.ſpecies publicas,vt ṡ.tit. 1.in rub.¶†Quę-
rit gl.cui oneri erant ſubiectę res nauiculariorũ,nec declarat.
Reſp.nauicularij tenebantur portare merces publicas ſecun-
dum formam.l. cum nauiculariorum.ṡ.titu.1.item ſi aliquid
perdebatur culpa alicuius nauicularij, debebat emendari ab
omnib.nauiculariis, vt ĵ.de nauf.l.fi. Pro hoc erant obligatæ
omnes res nauiculariorum, & pro rata æſtimationis ſuarum
rerum quis contribuere debebat,vt in l. 2.in fi.& l.fi.ĵ.e.ideo
ponitur hic iſta rub.

LEX PRIMA.

DOMVM. etiam ad domum principis res nauiculariorum
tranſeunt cum onere ſuo.h.d.

LEX II.

1 *Statutum poteſt prohibere contractum emptionis. & venditionis.*

IN HIS. pro rata rei, quæ peruenit ad aliquem de bonis na-
uicul.debet onus ſuſtinere,nec patrimonium,vel perſona al-
terius aggrauatur.item inſpicitur quatenꝰ erat tempore quo
ad eum peruenit,non augmentum poſtea accedẽs. hoc dicit
iſte ti.Fas,i.licentia,ſeu facultas publica emendi,& vendendi,
prohibet intercipere,id eſt ceſſare, ſeu annullare cõtractum,
& ſic contractus remanet firmus.domus. pro euidẽtia huius
verbi debetis ſcire,nam, vt quotidie obſeruamus,ſi ſunt do-
mus,in quib.ſoluitur penſio,imponitur eis onus pro quanti
tate penſionis:ſi erat domus, ex qua nulla percipiebatur pen
ſio, imponitur ei onus aliter ſecundum æſtimationem eorũ,
qui adhuc impoſiti erant, ſic fiebat in domib. nauiculariorũ.
Hoc præmiſſo dicitur hic,ꝙ ſi ille, qui emit domum nauicu-
larij,eam auxerit,ita ꝙ percipiatur maior penſio, vel eam au-
xerit alio ſumptu ad decorem, & ad pompã.vt ſi fecerit tur-
rim,non tamen augetur penſio, ꝙ ille emptor non teneatur,
niſi ſecundum veterem penſionem,& habito reſpectu ad ve-
1 terem qualitatẽ,& non ad illud quod ipſe iniunxit. h.d.† Ex
prin.huius l.no.ar. ꝙ ſtatutum non poſſet prohibere contra-
ctum empt.& vend.cum dicat, ꝙ licentia publica, quæ eſt de
iuregentium emendi, & vendendi, impediat annullare con-
tractum.in contrarium eſt text.ṡ. de contra.emp.l.dudum.&
l.ſi in emptione.§.1.ff.de contrah.emp.ibi, mores ciuitatum,
&c.non ob.hic tex.quia imperator vult dicere, ꝙ illa publica
facultas fuit cauſa impulſiua non annullandi contractum,
non tamen negat,quin poſſit ſi vult.idem dixi in l. filiusfa.§.
a diui.de leg. 1.[a]

ADDITIO.

a Ale.¶adde hic Bal.l.2.ṡ.ſine cenſu,vel reli.& in l.licet,ṡ.de iu.do. Ale.ſecũdo no.arg.pro his,q emunt prædia ruſticorum,quæ ſunt obligata maioribus onerib.vt ipſi pro hoc non teneantur,niſi pro his rebus tm̃ : tñ in Italia ſuper hoc prouident ſtatuta.ex fine no.caſum mirabilem,quod ſi aliqs emit aliquam domum,vel rem alij obligatam, & eam meliorauit ſuis ſumptib.ꝙ ſi ab eo euincitur per hypo.ꝙ liberetur præſtando primam æſtimationem.iſtud mirabile dictũ ſequitur Pau.de caſt.l.ſi conuenerit.ff.de pig. act.aduerte an teneat obligatio rei alienæ.tex.ꝙ non, in l.ſi creditor.§.fi. de diſt.pig.& per.Bar.& ibi ſcripſi in l.qui aliquando.§.fi.de acq. poſ.Ale. Sed contra hanc l.oppon.l.ſi fundus,§.2.ff.de pig.Sol.fateor, ꝙ iuſtum ſuperindictum eſt obligatum, quia ſequitur conditionem areæ,nec hic negatur. Si enim hoc inducitur agente fiſco, multo fortius agente priuato, quod maxime eſt verum,ſi expẽſa eſſet facta in illis caſib.in quib. faciens præfertur habentib.anteriorem hypo.vt in l.interdum,cum l.ſeq.ff.qui po. in pi.ha.item no.pulchritudinem ædificiorum cedere ad pulchritudinem vrbis,vt l.cætera,§.hoc ſenatuſconſultum.ff.de le.1. item no.ex iſta l.in fi. quod ex magnitudine ædificiorum præſumitur quis magnanimus, vt hic in fi.ibi,per induſtriã hominis animoſi acceſſit.Et ſic habes vnum modum probandi hominem ingenioſum,& magnanimum.

LEX III.

1 *Res tantum valere præſumitur,quanti æſtimata eſt in æſtimo communis. Aeſtimum communis in dubio probat verum valorem.*
2 *Teſtis deponens rem valere centum ſecundum ſuam opinionem, probat ſi eam refert ad communem æſtimationem.*

HI, QVI. qui emit prædia nauiculariorum, tenetur ad onus
ſecundum antiquam æſtimationem, quæ pactis priuatorum
non tollitur, & vendentes tenentur. ſi emptores non fuerint
idonei. hoc dicit.Vtenti ſcilicet,contrahentium.dicit tex. ar-
bitro.q.d.iſtæ pactiones voluntariæ,non proſunt,aliæ pactio
nes,ſeu conditiones.quæ à lege intelliguntur,ſeruande ſunt,
vt ſequitur.pro declaratione literæ quæro, quid vult dicere
text. ſecundum agri opinionem? gloſſ. exponit duobus mo-
dis. primò id eſt, cenſualem profeſſionem, quia debemus o-
pinari ſecundum quod ſcriptum eſt, & in cenſu. quod not.
† Quia

1 †Quia in dubio præsumitur res tantum valere q̃tum æstima-
ta est in æstimo communis. ꝯ hoc op. ff. de lega. j. l. si fundum
sub conditione, §. si libertus. & l. cum pater. §. pater qui filio.
ff. de le. 2. Sol. ibi fuit æstimatio priuata, hic publica, cui stan-
a dum est in dubio, nisi probetur ꝯrium. no.[a] secũdo mõ expo
nitur per gl. & ideo dicatur opi. qa opinari nos facit. commu-
2 niter enim dicitur, opino rem tm̃ valere. † Quod facit in arg.
ad q. ꝙ si testis dicat rem tantum valere, secundum suam opi-
nionem, ꝙ probat. Quod intelligo verum, si suam opinionẽ
b referat ad communem æstimationem: [b] de re enim quæ nõ
est exposita venalis, non potest fieri æstimatio, nisi per opi-
nionem, quæ fit secundũ communem æstimationem aliarũ
rerum, quæ sunt eiusdem fructus, & in eodẽ loco, & quæ ean
dem qualitatem habeant, vt l. precia rerum. ff. ad leg. Fal. & i-
c bi dixi, & quod no. in l. 2. s̃. de rescin. vend. 2. responso.[c]

ADDITIONES.

a Ale. No. adde Ang. hic, vbi dixit, ꝙ antiqua æstimatio hodie præsumit̃ adesse, & ideo si reficit̃ æstimum nouum, debent regulari secundũ antiquum. & Bal. l. 1. s̃. de sen. quæ pro eo, ꝙ interest. vbi quęrit an per instrumẽta veterum emptionũ probetur præsens rei valor. & qualiter articuletur in ꝓbando rei valorẽ, vide glo. & Bar. l. mortis causa, §. fi. ff. de do. cau. mort. & adde ꝙ res dr̃ parui valoris respectu mali vicini. l. cum sæpe. §. fi. de ꝯhen. emp. & ꝙ no. Bar. l. si ita, §. mulier. ff. de fun. inst. & ꝙ habetur ca. cõsti. de in int. rest. & in c. quæstiones. de rerum perm. facit dictum Virgilij in Buccolic. Mantua veh miseræ nimium vicina Cremonę. & apud Lucanum. O male vicinis hic męnia ꝯdita Gallis. de valore rei in reb. mobilib. vide Bar. & quæ ibi dixi in 7. diebus, j̃. de eroga. mili. annonæ. & de valore rei secundũ quãtitatem fructuum, vide in l. & quidem. de euic. & de materia per gl. & doc. in ca. cum causam. el 2. de testib. & in l. precia rerum. ff. ad l. Fal. & refert Are. insti. de act. in 2. si quis agens.

b ¶Aestimationem. sed quæro nunquid æstimatio communis per emptionẽ alicuius inducatur, dic quòd non, vt per do. Soc. in cons. 8. inc. visis, & diligenter inspectis. ver. & stant ista simul.

c Ale. ¶Respõso. Aestimum commune ꝓbat valorem re. sed hoc vr̃ verum, si de proximo t̃pe fuerit factum æstimũ, alias secus, vt in simili in instr̃o emptionis, d̃t Bal. l. 1. de sent. quæ pro eo, ꝙ inter. & ad hoc facit ꝙ no. Bar. in l. decem. ff. de ver. ob. & istud de quo hic, ponit etiam Ang. l. precia rerum. ad legem Falc. & quod no. Mod. in §. si quis agens, inst. de act. expresse Bal. l. 2. s̃. de rescin. ven. Ale. Vide Bar. l. 2. in verb. circa princ. gl. s̃. de rescin. ven. vbi dicitur de teste, &c. & in tra. de teste. quem sequitur Bal. l. solam. de testi. & in l. 1. s̃. de senten. quæ pro eo, quod interest. & in l. 2. in repet. s̃. de rescin. vend. & vide gl. & Bart. l. mortis causa de dona. causa mortis. itẽ ibi l. precia rerũ, & ibi ponitur qualiter probetur valor rei. & Bald. d. l. 3. & in l. 1. s̃. de sen. quæ pro eo. adde quod probatur æstimatio secundum quantitatem redituum, & fructuum, vt l. si fundum per fideicommissum. de leg. 1. & l. si quis. s̃. de resc. ven. & in l. qui bonis. de ces. bo. ff. & Imo. l. apud Iulianum, §. hæres. de leg. 1. in §. arbitrorum. in l. si fundum. de rei ven. p Bal. & dicit Bal. l. 1. §. si hæres, ff. ad Tre. & Bar. l. si quos, præalleg. vbi ponit an subhastatio probet valorem rei, de quo per Bal. & Ang. l. 1. s̃. de præscr. 30. an. & Are. in §. si quis agens. inst. de act. no. ꝙ pactiones priuatorum nõ valent in præiudicium fisci, quin habeat regressum ꝯ priorẽ, sed inter se bene præiudicant, & in præiudicium contrahentium, vt in glo. Hic non sunt alia. Bar. hic cum glo. videtur notare, quod quando scriptura æstimi fit de consensu partium probat, & fidem facit contra ipsas partes, Facit l. rura. j̃. de omni agro deser. & Bal. in suo consilio inc. sciendum est, quod quãdoque assignatio fit ĩ catastro. & allegat l. cẽsualis, & l. si pręses, s̃. de don. & idem Bal. l. si quis in suo. de cond. instit. & Angel. & Imol. in l. decem. de verbo. oblig. Bar. l. solennibus, s̃. de rei ven. & Bar. l. quod quisque, de acq. rer. domi.

¶De nauibus non excusandis. Rub.

LEX I.

1 *Ciuis si suo nomine emit pro comitatense, res empta publicatur.*
2 *Titulus supra, de iure fisci, quid differat à dispositione huius legis.*

MVLTI. naues, quæ sub nomine, & titulo alieno excusant̃,
1 publicantur. h. d. † No. ar. imò casum contra comitatenses, q
faciunt aliquem ciuem emere pro eis, vt sub titulo ciuium
nõ subsint onerib. impositis, quia tales res sunt publicandæ.
hæc. n. lex loquitur generaliter in qualibet re, quæ subtrahit̃
à publica necessitate non specialiter, vt in nauibus, vt in l. ꝓx.
2 †Opp. s̃. de iur. fis. l. qui in contractib. sol. aut contra aliquem
proceditur, quia celebrauit cõtractum in fraudem fisci, & lo-
quitur contrarium. aut quia rem sub titulo alieno excusauit,
a & loquitur hic tit.[a]

ADDITIO.

a Adde quod non solũ punitur, vt ista lege, sed etiam feudũ amittit ipso iure, vt est tex. & ibi do. Bened. de Plumbino in l. 1. s̃. ne lice. poten. facit l. vniuersi. s̃. de leg. & tex. in l. 1. j̃. vt nemo ad suum patroci. & in l. 1. j̃. de consulibus, & no. Bald. l. sacrosanctæ, s̃. de sacros. eccl.

LEX II.

1 *Non dominus nauis si proponat excusationem, ne deferat res ob necessitatem publicam, quòd nauis non publicatur.*
2 *Res ecclesiæ, quando publicetur propter delictum prælati.*

IVBEMVS. istam legem habemus de verbo ad verbum in l.
iubemus. de sacros. eccl. nulla nauis ob necessitatem publicã
excusatur aliquo priuilegio in corpore iuris inserto, vel non
inserto, & si quis ꝯtrarium attentauerit, pœna hic inserta pu-
1 nietur. h. d. ¶† Quærit gl. vtrum propter excusationem ali-
cuius, qui nõ sit dominus, publicetur nauis, gl. ponit opi. nec
firmat. prima opi. est verior, ꝙ non publicetur, l. cotem. §. do-
a minus. ff. de publicanis.[a] ¶† Quæritur quomodo ꝓpter de-
2 lictum prælati res ecclesiæ publicentur, cum delictum perso
næ non debeat in damnum ecclesię redundare. dic, vt no. per
b Cy. & Gul. & alios in d. l. iubemus.[b]

ADDITIONES.

a Ale. ¶De hac q. Vide tex. in l. cotem. & ibi Bar. ff. de publ. & vide Bal. l. cum proponas. de nau. fę. & Imo. l. Mæuius. §. duab. ff. de le. 2. & vide d. Ale. l. 1. vt nem. priua. tit. impo.

b Ang. ¶in gl. j. ibi, hoc nõ nocet, hęc vera per l. cotem, §. dominus, ff. de publ. Et hic sume arg. ad statutum, quod si pro rebus immissis in ciuitate nõ fuerit solutum pedagium, quod omnes res debeant confiscari. modo mulio super muliũ suum res meas portabat, fraudauit, & non soluit pedagium, an res meæ publicabuntur? Certe non, sed ipse mulio præstabit quantum res meæ valebãt, per hanc gl. Ale. ¶De hac q. Vide Buc. & Sal. l. 1. s̃. ne priuatus tit. & gl. 2. ibi per Bar. l. dominus, Bal. l. cum proponas, de nauti. fœno. Imo. l. Mæuius, §. duabus. de leg. 2. facit l. quicunque. §. quod si à prædicta, s̃. de ser. fug. & in l. 1. s̃. de falsa moneta.

¶Ne quid oneri publico imponatur. Rub.

LEX VNICA.

1 *Onerantes equos vecturinos, & alia animalia, vltra solitum, quod tenentur. & nu. 2.*

ONERI. qui cogit nautam ad suscipiendum aliquid vltra o-
nus, tenetur ad emẽdationem damni, quod inde sequitur, &
criminaliter punitur. h. d. not. istam l. habere locum in duob.
casib. qñ aliquis imponit sarcinam, nec aliquid apparet de vo
luntate nauicularij, vel si nauicularius est coactus, secus si sci-
1 ret nauicularius, vt in gl. † Secundò aduerte diligenter, quia
dicit, sarcinam ne quis imponat, & sic si imponeretur aliquid
quod esset minus sarcina, non incideret in hanc constitutio-
nem. & est ar. contra accipientes equos ad vecturas, & eis im-
a ponunt valisiam vltra modum solitum.[a] ¶† Item facit con-
2 tra eos, qui onerant animalia vltra debitũ. & habetis de hoc
b plures casus in tit. ad l. Aquil.[b]

ADDITIONES.

a ¶Solitum. ad quod vide do. Alex. de Imo. l. si vt certo. in princ. ff. commo. & Flo. l. si seruus seruum, §. rupisse, ad l. Aquil. & Bart. cons. inc. in Dei nomine amen. Io. locauit, & in c. inc. commune Lusignani locauer.

b Ale. ¶Aquil. adde tex. in l. insulam, §. qui nullas, ff. loc.

¶De naufragiis. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Nauis, quæ vi tempestatis, vel timore incursionis hostium venit in portũ, non tenetur ad gabellam.*
2 *Fugiens in territorium alienum propter timorem hostium non tenetur ad gabellam.*
3 *Qui tempore æstatis vadit in alienum territorium ad macinandum, non tenetur ad gabellam.*

SI QVANDO. quia hæc lex de consuetudine non obserua
batur, ideo Federicus fecit authenticam, nauigia. s̃. de furtis.
1 †No. ex hac lege ar. imò casum, quod si per tempestatem ma
a ris aliqua nauis venit ad portum, non debet soluere gabellã,[a]
seu portoriũ. quia violenter venit, vt hic, & l. Cæsar. ff. de pub.
2 & l. fi. §. si propter necessitatem. ff. e. tit. † Et idem propter in-
cursum, vel timorem hostium, vel piratarum illi, qui erant in
territorio vicino fugerent in territorium nostrum, quod in-
b de possint res suas extrahere, & deportare ñ soluta gabella.[b]
3 ¶† Facit etiam in arg. ꝙ si tempore æstatis homines vicini
territorij nostri veniunt ad macinandum ad molendina, quæ
sunt in territorio nostro, quod possunt res reportare sine ga-
bella, quia propter necessitatem famis venerunt, quæ est ma-
gna necessitas. l. 1. s̃. de pa. qui fi. distr.

ADDITIONES.

a Gabellam. adde Fel. c. quærelam. de iureiurando, ante finem, ibi, & nauis vl ventorum, & in c. significauit. in fi. de iud.

b Ale. ¶Adde quod per istum tex. dicit Bar. in tractatu represalirum in 9. qõ. 7. q. principalis, & ex isto tex. habes vnum casum in quo quis pro reb. quas defert, non tenetur soluere gabellas. in l. si publicanus, §. 1. ff. de publican.

LEX II.

1 *Instantia cœpta in causa naufragij, quanto tempore duret.*
2 *Testes super casu, quod sint examinandi in loco, in quo casus euenit, nec tũc partis citatio requiritur.*

SI QVIS. Nauicularius, qui dicit se sustinuisse naufragium,
a debet hoc per testes probare corã iudice illius loci, [a] & præfecto

ADDITIO.

a Corã iudice illius loci. adde Ant. Cor. sin. suis ver. testis, inc. in loco vbi aliqs patit̃ aliquẽ casũ. vbi ampliat hoc dictũ, s. vt ñ reqratur partis citatio.

fecto denunciare intra annum, postea non auditur.h.d.Euen
1 tum.i.casum naufragij.†Opp.intra biennium,vt j.e.l.de sub-
mersis.Solu.hic annus statuitur patri, biennium statuitur iu-
dici,& ista ē vera.Pla.dicebat,ꝙ hic agebatur ciuiliter,ibi cri-
minaliter.Et hoc tenet Azo in sum.huius tit.qđ non est verū,
a non.n.agebatur ciuiliter,nec criminaliter,vt j.dicam.[a] Secū-
dò op.quod nauiculario subueniatur perpetuò ad simplum,
vt l.in eum.s.de fur.Soluunt quidam,hic ad quadruplum,ibi
ad simplum. Vel verius dicit gl. ibi loquitur de tempore, qđ
statuitur actioni,hic de tempore,quod statuitur instantiæ. Et
sic est speciale, quod ista cā debet finiri intra annum, licet rľr
triennio finiatur, vt l.properādum de iud. Hæc sol. est contra
text.q dicit,quod post annum non possit interpellare iudicē.
Si enim sola instantia periret,posset interim iudicem interpel
lare ratione rerum.Dico ergo,quod hic cōtra neminem age-
batur,sed nauicularius ad suam defensionē volebat ꝓbare ca
sum naufragij.Dicit ergo Imperator,ꝙ apud iudicē illius ciui
tatis,vbi casus occurrit,facit ꝓbationes per testes de naufra-
gio,& illas ꝓbationes portet ad præfectū ad quē species illas
cū nauigio exportabat:& intra annū hoc faciat,aliàs nō pos-
set allegare se naufragium passum esse , vt hic est casus in hac
b l.[b]†Ex qua no.mirabilem practicā,qđ in loco vbi patitur qs
2 aliquem casum,faciat examinari testes de casu,& illæ proba-
tiones postea faciunt fidem coram iudice competenti.

a ADD.¶Alex.Instātia super naufragio inchoata debito tpe,durat biennio, vt l.contraria,sed inchoari non potest post annum ad quadruplum.Ita loquitur hic Ang.Vide tex.& Bart.in l.interdum,in §.si propter necessitaté. ff.de publ.& per Bar.in d.q.9.7.q.principali,in tract.represal.

b Alex.¶Vide per Barb.& doct.in §.qđ diximus,in l.2.ff.si quis cau.& Bar.in l.contumacia,ff.de re iud.& eundem,& Im.l quæsitum.e.tit.Ad idem Ant. de But.& Im.c.querelam, de procur.per gl.in c.quisquis,4.q.5.per Azo.in sum.s.de dilat.& per Bal.e.ti.§.fi.ver.in summa.per Arch.& Io. An. c.1.de dolo,& cont.in 6.per Io.And.in add.Specu.in tit.de app.§.nunc breuiter, vers.quid ergo,per Cy.& Bal.in l.fi.cum gl.in verbo sanctum,s.de fide instru.per Butr.in c.ex rōne,de appel.per Aug.in l.fi.ff.de fer. Bart.in l.si quis ex argentariis,§.pe.de eden.& Bar.in qui accusare,s.eo.tit.Et hoc semper est verum,vbicūque necessitas imminet testes. examinari à parte propter periculum mortis, vel absentiæ in loco longinquo , qm̄ etiam in loco incompetenti poterunt examinari,ſm do.de Ro.in sua concl. 103.& hoc sequitur Lud.in l.si vero,§.de viro,ff.sol.mat.54.fallen.alleg.istum tex.Et per istam limitat.not.l.cum hi,§.transactiones,ff.de transa.& quod ibi addidi post Bart. Et similiter si testes sunt absuturi, vel de morte suspecti, & sup articulus à iudice reprobatis,vel repulsis,quia male formati, vel post terminum producti testes sunt per iudicem examinandi,ſm do.de Ro.concl. l.vel 92.in dec.nouis,& per Lud.in loco præal.quod reputat valde notan. & dicit se ita cōsuluisse apud Vincentiam Et ad primum dictum adde qđ voluit Bar.in l.admonendi.ff.de iureiur.in ver.quid si dictum testis deficit ex parte examinatis. & quod ibi addidi. Alex. Et aduerte mirabile, quod in tali examinatione non est necesse citari partem,quæ forte multum est à longinquo.Et sic pōt intelligi ff.de excus.tut.l.scire oportet,§.sufficit,vbi dicit,quod sufficit probare casum ex naturali iustitia,hoc est,ſm ius gentium,in quo in ore duorum,vel trium stat omne verbum, non attenta solennitate ciuili.& vide qđ ibi dixi,& qđ not.per Gul.in l.2.§.qđ dicimus, ff.si quis cau.Alium casum vide,vt scripsi in l.ait prætor,§.si debitorem.in fi.ff.de his,quæ in frau.cred.Alios casus vide per Ro.in litera,t.no.12.regulariter ɔ l.si qñ,s.de test.& c.in nomine Domini,e.ti.Ale. Secundo no.arg. mirabile pro his,qui dant suam pecuniam mercatoribus ad partem lucri, & damni,quod si mercatores dicant se sustinuisse damnum furti, rapinæ, incendij,vel similium,quod mercator dēt facere fidem intra annum,alias non auditur.Istud vltimum non est verum.Nam ſm hoc sequeretur, quod actio de naufragio esset perpetua, & exceptio temporalis,qđ est falsum, & ɔ omnes regulas,quia omnes exceptiones sunt perpetuæ etiam si actio sit annalis,vt l.pure.§.fi.de do.excep. item non est vera lect.Bar.qui tenet qđ hic non agebatur ɔ aliquem,sed tm̄modo petebantur testes examinari super naufragio.Nam si hoc tm̄ peteretur,ex hac petitione nulla posset fieri criminis punitio, & tñ hæc litera dicit ɔ ibi,competens dispō procedat,&c.tenendo ɔ lect.gl.patet,qđ in hac l.est casus,ꝙ licèt in cāis criminaliter,vel ciuiliter non possit committi examinatio,vt in auth.apud eloquentissimum.de fide instr.& in cor.vnde sumi. tñ qñ agitur ɔ rapientem naufragio pòtest bene committi examinatio testium, qui probent naufragium.Et hoc patet ex ista litera,quæ dicit,qđ præses ꝓuinciæ examinauit testes,& postea examinatos remittit ad præfectum.Vltimo no.casum fortuitum debere per testes ꝓbari,*de quo per Cy.l.nec creditores,de pi.ac. & probatur l.proxi.& l.de submersis.Ang.Cui congruit,qđ mercator dēt reddere rationem omni anno,vt s.de suscep.& arc.l. neminem.& ibi dixi, ergo intra annum debet facere fidem de casu,tamen licet hic tex.in argumentum faciat, hoc tñ non firmo. Nam illa allegatio casus fit per mercatoré ad suā vtilitaté.s.ad suā defensioné.Nam exceptiones,seu defensiōes sunt ꝑpetuæ regulariter,vt l.pure.in fi.de exce.dol. & licet.s.de excep.Et sic poterit ꝓbare,&fidem facere de casu vsq; ad sñiam.Et hoc est speciale in fisco ; & ideo hodie ex consuetudine in partibus istis in contractu opponitur pactum,quod mercator probet casum intra certum tempus.

* Suspecti. ¶Adde ꝙ posui in apost,ad Lanfr.de Oria.in c.quoniam contra, §.confessiones.nu.2.ver.quia forensis.ad fi.apost.de proba.

* Probari.¶Qualiter aūt ꝓbetur,vide Alex.l.2.§.ꝙdiximus.ff.si quis cautio. & Spec.ti.de pig.in prin.ver.sed qualiter.& ver.seq.& Alex.cons.54.vol.2.

LEX III.

1 *Testes domestici ꝙ admittuntur in rebus,quæ geruntur in domo,vel naui.*
2 *Testium refrenatio,quando fieri possit.*
3 *Iudex debet diligenter inuestigare,vt veritatem habeat.*
4 *Prius examinandi,& torquendi sunt,qui veritatem melius sciunt.*
5 *Mors alicuius,quando probetur ex assertione consanguineorum,vbi quòd quando agitur de modico præiudicio.*
6 *Rerum amissio probatur ex verisimilitudine.*
7 *Tempus nauigationis,de qua hic,hodie non seruatur.*
8 *Annus diuiditur in quatuor partes.*

QVOTIES. Cum de naufragio q̄ritur,examinādi sunt duo,
vel tres testes de naui,qui melius scire debent veritatē,& eis
deficientib.deuenitur ad alios.Et hæc nauigatio dēt fieri kal.
April.vsq; ad kal.Octob.h.d.Istā l.intellige, qñ ñ agebat̄ crīa-
liter,nec ciuiliter ɔ aliquē, sed nauicularius volebat probare
naufragium, & amisionē rerū ad sui defensionē, vt dixi s. l.
a ꝓx. [a] Diuide.primò dicit,quot testes examinari dñt sup naufragio.Secūdò,q̄ ꝑsonę.Tertiò,quo tpe dēat nauigari.Secū-
da ibi,circa magistros.Tertia ibi,susceptiōis.In 1.par.gl.intel
1 ligit,ꝙ agebat̄ ciuiliter,vľ criminaliter,ego aliter dixi s.†No.
ex hoc principio,ꝙ in istis reb.q̄ gerūt̄ intra nauē,seu intra do
mū admittūt̄ testes domestici,vt hic, & s.de repu.l.ɔsensu.§.
sup plagis.& ext.de testi. c.veniens.& c.2.in fi.& de ꝓb.c.ter-
2 tio loco. †No.ēt ad id,qđ dř de testi.l.j.§.fi.ꝙ refrenat̄ multi-
tudo testiū,qđ intellige,qñ sufficit sup vno articulo reduce-
b re ad tres,vt hic manifeste dicit tex.[b]Not.ēt de solerti†inue-
3 stigatione iudicis.p̄t.n. de multis circūstātiis interrogare, vt
ad veritatē ꝑueniat,vt hic,ibi,solers q̄sitor, & faciat qđ no.s.
de testi.l.testiū.illud aūt,qđ dicit hic de tormētis,ītelligit hic
4 gl.si vacillāt,vel si sint viles ꝑsonę.¶†Venio ad secūdā partē,
ex qua no.qđ prius dñt examinari,& torq̄ri,si expedit his,qui
c veritatē meli⁹ noscūt.ad idē facit l.diuus.ff.de q.[c] ¶Venio ad
vers.sane.&op.nā primo đt vniuersos eē ꝑēptos.& postea đt
inuestigādū à liberis eē.ɔ q nō erāt,ñ sūt idonei testes,vt l.te
stiū.s.de test.Hui⁹ timore đt gl.hic loq̄t̄ de liberis,q forte erāt
in naui,sed vt dixi,ɔdicit tex.q dicit vniuersos mortuos.dico
ego intelligi ꝓut iacet lřa.s.nauē &oēs eē perēptos.&iō cū ꝑ
eos,q interfuerūt,ꝓbari nō possit,recurrit̄ ad ɔiecturas,ad liberos videlicet nautarū,vt ipsi examinēt̄,q verisiľr scire dēnt
de morte pr̄is.itē de ꝑditiōe rerū pñt verisiľr testificari,q vide
5 runt res immiti ī naui,q̄ postea perēpta est.†Ex hoc hēs duo
notare.Primò,ꝙ si q̄ratur de morte alicuius, sufficiēs ꝓbatio
est,ꝙ inter liberos,& coniunctos habeatur pro mortuo.Item
si inter socios, & commilitones pro mortuo habetur, vt in
authent.hodie.suprà de repu.dixi plenè in lega.2.§. si dubitetur

a ADD.¶Ang.Ista lex facit optime, ꝙ mors alicuius possit ꝓbari nō solū ꝑ testes q īterfuerūt sepulchro,ꝓut đr ī l.si q.dé.s.so.ma.sed ꝑ ɔsanguineos mortui,q dicāt,& asserāt,ꝙ illū hñt ꝓ mortuo,ꝑ hāc lřā.Et hoc verū,nisi agat̄ de maximo p̄iudicio,q.a accusat̄ aliq̄s đ homicidio Titij, ita ꝙ ꝑ ꝓbationé accusat⁹ decapitet̄,tūc req̄rit̄ ꝓbatio explicata,q.a đ maximo p̄iudicio agit̄,vt l.sciāt.s.de ꝓb.Vbi,si vero agit̄ đ magno p̄iudicio, tūc ꝓbatiōes nō req̄rūt̄ ita dilucidæ,vt in auth.hodie.s.đ rep.& in corpore vñ sumit̄.Qñ vero agit̄ de p̄iudicio modico,vt q.a agit̄ qđ tabulæ testamenti aperiant̄,ita ꝙmodicū p̄iudiciū est,iō leuissimæ ꝓbatiōes req̄runt̄,q.a pōt ꝑ famā ꝓbari,vt l.3.ff.quemad.test.ap.Ita distīxit gl.magi.in l.cū q.dam.§. dř.ff.de acq.hęr.*Adde,qđ no.in apost.ad istū in l.si q.dem.in fi.ver.formá. s.so.ma.Per testes.Et adde qđ multis aliis modis ꝓbat,đ q.b.ꝑ Bal.c.j.quo tpe mi.& ꝑ Petr.de Su.in l.ꝓponebat̄.ff.de iud.& Lanfr. c.qm̄ ɔ.de prob. ver.& testes.& ꝑ Io.And.in add.ad Spec.ti.đ no.cri.§.fama.ver.q̄ si ageti.

b Ale.¶Qualiter sit refrenanda ꝓductio testium,nam ius canon. vsq; ad 40. testes,de quo ꝑ doct.in d.§.đ viro.l.si vero.ff.sol.ma.45.fali.& dicit,ꝙ pauci sciant.Sed cū reuerentia dictū est satis vulgatum.Vide gl.c.cum cām,q̄ inter Archiepiscopum.ver.effrenatam. ext.de testib.q̄ inquit quod hoc est arbitrarium. Alex.Bal.in l.si qñ.s.vñ vi.& Alb.in l.consensu.de repu.in l.fi. §.licentia seruorum.s.de iure del.& hoc est,quia lex est contenta ea probatione,quæ haberi potest, arg.l.si vicinus.s.de nup. & Bar.l.si quis ex argentariis.§.pe.ff.de eden.quod est optimum pro limitatione l.ēt,de testib.

c Alex. ¶Adde l.ex libero.ff.de q.& l.qui falsa.ff.de test.etiam in ciuili,siue sit vilis persona,siue non,in c.super his.de pœnis.nec vacillans fidé facit l. qui falsa.ff.de testi.Sed an talis testis sit reducendus ad concordiam.dico ꝙ si sibiipsi contradicit, nunquam reduci dēt ad ɔcordiam,vt pœnam,& ꝑiurium euitet.Ita voluit Bar.in l.eos,in fi.ff.de fal.aut testis alij testi ɔdicit,& tunc bene reducitur ad ɔcordiam, vt periuriū euitet, non vt ꝓbet. c.cū tu.de test.no.Io.And.in add.Spe.ti.de teste.§.nūc.de interrog.in add. & Fed.cons.177.aliàs cons.157.inc. domine gloriose, & d.Ant.d.c.cum tu. & ibi do.Abb.& quod qñ vnus testis sibiipsi contradicit,nō reduci possit ad concordiam,vt voluit gl.in c.in nřa. de test.quam ibi ponderat ad hoc d.Ant.tenet Iac.Bu.in l.optimam.de cōtrah.& com.stip.& in l.sed si possessori.§.item si iurauero,ff.de iureiu. & in l.cum de ætate.de prob. & Imol. in l.inter stipulantem.§.j.ff.de ver.ob.& Spe.in ti.de notor. crimin.i. §.fama. in fin. dicunt quod immo reducuntur ad concordiam , vt periurium euitent,De quo per Im.& do.meum,in l.inter stipulantem.§.j.de ver.ob.

a tit.ff.quemad.test.aper.ª Secundò no. arg.ad probandũ amis
sionem rerum per verisimilitudinem. De quo per Cyn.in l.si
creditor s.de pig act.l.si quis ex argẽtariis. §.fi.cum l.sequ. in
prin.& ibi dixi. Item op.de tex.qui dicit, ꝙ nauicularius con-
tendit.& tex.s.dicit omnes peremptos.gl.dicit,ꝙ euasit aliqs
quod est contra tex. Ideo dic, ꝙ aliquis de corpore nauicula-
riorum est iste,qui contendit, non tamen erat de illa naui, &
ideo conqueritur,quia ad eum spectat commodum,& incõ-
7 modum,vt j.l.proxi. †Vltimò no.tempus nauigandi, sed in
hoc puro standum consuetudini. si enim fecit,quod diligens
nauta fecisset, non tenetur, aliàs secus. non enim seruatur
8 ista lex in tpe,vt liquet in istis ciuitatib.marítimis.¶†Vltimò
ex hoc colligunt quidam distinctiones temporum,& totum
annum diuidunt in hyemem, & æstatem, sed propria diuisio
est in quatuor partes,vt dicit gl.

¶Concordia.

Pro concordia aduerte, quod optimè probaẽ mors ſm Bart.
in hac l.quoties. si inter liberos, & coniunctos habeatur pro
mortuo.& in l.genero.in princip.ff.de his qui not.infa. Con-
tra.allegatur tenere in l.2.§.si dubitetur.ff.quemad. test.aper.
Tu dic in d.§.si dubitetur,loquitur quando agitur de magno
præiudicio,puta de vita hominis,&c.secus si de modico præ
iudicio,quia tunc vbique concor.cũ prima opi. vide in tract.
Bar.quomodo probatur mors,& in tract. Bal.de test. Panor.
in cap.quoniam frequenter,§,porrò.vt lit.non contest.Adde
ad Bar.in l.si quidem.vbi do.Alex. in apost.s.solut. matr.

a ADD. Alex.¶Idem tenet Ang.l.de tutela.s.de in integ.rest.mi.p illum tex.
& bene facit in l.si filium.ff.de lib.cau. sed in contrarium est tex. l.quoniã
sororem,s.de iure delib.Vnde hoc pendet ab eo quo quæritur,an coniun
ctus præsumatur scire facta coniunctorum, de quo per Bart. l.is pót,ff.de
acq.hær.Bal.in l.de tutela.& in l.quoniam errorem. & ibi dominus meus.

LEX IIII.

PRO HIS. Priuatis,qui soluerunt collectas publico officia-
li,qui postea aufugit, vel perdiderit, non imputatur.h.d.tex.
hic loquitur in exactoribus,vel procuratorib.fisci.Not.con-
tra officiales,qui postea aufugiunt,vt eis tantum imputetur.

LEX V.

1 *Examinatio in alio iudicio facta,facit notorium iudici.*
2 *Libellus.quòd non requiratur in causa naufragij.*
3 *Libellus,ꝙ non requiratur,quando qs proponit aliquid ad sui excusationẽ.*
4 *Causa naufragij debet per iudicem infra biennium expediri.*

DE SVBMERSIS. Cum de naufragio queritur,summatim
examinatur,& ex eo,quod in illa cognitione reperitur,potest
per inquisitionem procedi:& cã debet intra biennium termi
nari,aliàs nauicularius absoluitur, & iudex tenetur. h.d. Pri-
mò ponit qualiter istæ causæ examinentur, quia summatim,
& leuato velo. Secundò dat potestatem iudicibus proceden-
di cõtra rapientem, & puniendi. Tertiò statuit terminum isti
instantiæ,& iudici pœnam imponit. Secunda incipit ibi,& si
quisquam. Tertia ibi,si vero. Circa primum quæro,quæ sint
istę causæ.Resp.gl.scilicet criminales.accusabantur enim hic
aliqui de eo, quod dicebãtur rapuisse aliquid de naufragio ꝙ
licet in se possit esse verum,tamen non conuenit text.nostro
in fi.vt j.dicam.ideo dic,ꝙ hæc erat illa cã,quia cum res perdi
derit per naufragium, nauicularius petebat se absolui,vt dixi
s.l.2. & l.quoties. & sic continuatur sequens litera, quia si in
ista cognitione iudex reperit aliquem aliquid accepisse,pote
rit cõtra illum procedere ad petitionem nauicularij, & puto,
2 ꝙ hec sit causa sufficiens procedẽdi per inquisitionem,†quia
iudici notum est per examinationẽ in alio iudicio factam, vt
not.in l.athletas §.calumniator.ff.de his, qui not.infa.& dixi
2 in l.2.§.si publico.ff.de adult.†Venio ad tertiam partem.no.
hic,ꝙ in ista causa nõ est necesse dare libellum, sed sufficit co-
ram iudice proponi cum libello in scriptis, vel sine. Ad hoc
opp.s.de lit.contest.auth. offeratur.dicit glo.hic speciale,vel
corrigitur hæc.Certe si intelligeremus, ꝙ causa erat crimina
lis,de necessitate haberemus dicere,quod hoc sit speciale, qa
de iure antiquo requirebaẽ libellus,vt l.libellorum. ff.de acc.
3 ¶†Sed intelligendo,vt dixi,dico ꝙ non est speciale,nec cor-
rigitur:nam qñ quis proponit aliquid ad sui executionem,vel
defensionem, nec petit aduersarium sibi condẽnari ad aliqd,
non est necessarius libellus,vt l.scire oportet.§.oportet.ff.de
a excusat.tut.ª¶†Secundò hẽs hic,qđ hæc causa dẽt expediri in-
4 tra biennium,cui concordat s.vt intra cer.tempus cri.q.ter.l.
fi.si intelligas,qđ erat cã criminalis. Si vero intelligas,qđ hæc
erat causa ciuilis,est ɔ l.properandum.s.de iud.Sed gl.dicit,ꝙ
hoc est speciale ¶Item contradicit l.2.s.e.Sed dic,vt ibi dixi,
ꝙ ibi datur annus parti ad ɔquerendũ, hic bienniũ iudici ad
terminandũ. ¶Ad ista partẽ op. diciẽ hic nauiculario absolu-
to,contrà,cùm ipse petat, quomodo potest absolui ab obser-
uatione iudicii.Sol.sunt in gl.duæ expositiones.Prima,ꝙ ab-
soluitur ipse ab obseruatione iudicii,& iõ dr̃ absolui, qa tene
batur,cum naufragium sua culpa accideret. Secũdò exponit
nauiculario, id est ei, qui res surripuit de naui. Et illam tenet
Dy. & illam oportet nos tenere ſm illos, qui intelligunt istã
legẽ totã loqui de criminali cã. tñ hæc expositio est multum
extranea, vt dicamus nauicularium ipsum raptorem, cum p
totum istum tit.& in præcedentib. nauicularij appellantur,q
merces portant in naui, non q rapiunt. Et ideo tene primam
expositionem, quod nauicularius ad sui defensionem vole-
bat probare naufragium, si iudex negligit hoc terminare in-
tra biennium, iudex & eius officium tenebitur fisco, & naui-
cularius est absolutus à fisco.

a ADD. Alex. ¶Et qđ hic ꝓcedatur sine libello, intelligit gl.in l.2.§.dies,ff.
qs or.in bo.pos.ser. Bar.in l.3.s.de pign.& p Doct.in l.4.§.ait prætor.de re
iud.p Aret.instit.de actio.in princ.in vers.ex quo sequitur,ꝙ qñ competit
officiũ iudicis.Glo.videtur velle ꝙ sic,in l.1.in 1.gl.ff.de eden.Contrarium
vult gl.in rub.de inter.actio.l.Papinianus,de minorib.ad fi.auth.offeraẽ,p
Bart.& alios in l.1,ff.de iu.om.iu.& c.fi.de of.del. vide Cy.l.1.s.q̃ sit longa
consuet.imol.in l.si vero,§.de viro,sol.ma.in prima fallentia. Et an officiũ
iudicis sit idem,qđ exceptio,tex.in l.plane,& in l.fi.ff.de petit.hær.& Bar.
in l.1.§.& in parui.ff.qđ vi,aut clam,qđ sequitur Ant.de But.in ca.item cũ
quis de resti.spol. & Petr.de Anch.in cle.1.de sequest.pos. & fructuum.&
in c.canonum statuta.de consti.& Bal.& Ang.in l.plane,& l.fi.prælleg.&
in l.1.de condictio.indeb.& in l.si non sortem, eod.titu.pro quorum con-
cordia vide imol.in l fi.ff.à quibus appe.non licet.

LEX VI.

SVPER. No. casum specialem vbi vnus de culpa alterius te-
netur. Et istud est vnũ munus nauiculariorum,ꝓ quo res eo-
rum sunt obligatæ, vt s.de prædiis naui.per totum. ¶Itẽ hoc
intelligit gl. qñ sua culpa naufragium cõtingit, q̃ culpa colłr
ex pluribus,vt in gl.quam no.¶Vltimò not.qualiter dẽs reci
pere rõnem ab officiali publico, qui asserit se aliquid perdi-
disse,nam non debet sibi dimitti,si sui culpa accideret,aliàs se
cus. De mõ aũt probandi hoc,ꝙ sui culpa acciderit, dicam j.
tit.2.l.quod ad p̃sens, & ibi de hoc tangam.hic non sunt alia.

¶De metallariis,& metallis,& procuratoribus.
metallorum. Rub.

LEX I.

1 *Fodere metalla quilibet potest secundum formam huius legis.*
2 *Scrupulus quid sit.*
3 *Colonus tenetur potius vendere fructus domino,quàm alij.*



ERPENSA. Ad euidentiam totius ti. debes scire
ꝙ illi q fodiunt metalla, dicũtur metallarij, & ꝙ ꝓ
primo ĩtroitu in illud officiũ debent soluere octo
scrupulos illius metalli,quod non soluit amplius
quàm semel, vt hic. & de eo, quod ad fodiendum accepit,&
quod fodit, debet dare quolibet anno vnam librã fisco, quæ
sit 14.vnciarum,vt j.prox.nisi aurum fodiat, quia sufficit tũc
si annuatim soluat septem scrupulos,vt j.e.l. per annos,vltra
hoc de toto,quod percipit,facta purificatione metalli,debet
fisco dare suas decimas,hoc est de decem partib. duas si fodit
in publico,si fodit in priuato,vnam fisco soluit,residuum sibi
retinet.j.eod.l.3.¶Qui vult esse metallarius,tenetur soluere
octo scrupulos, & metallum q vult vendere, debet vendere
a fisco precio competenti.h.d.ª¶†No.cuiq; licere fodere me-
1 talla secundum formam huius legis.& gl.opponit,quod plus
debeat soluere,vt j.l.prox.vel minus,vt in l.per annos.Solue,
2 vt dixi in euidentialib.licet gl.variet.¶†Quero quid dicatur
b scrupulus.ᵇ Azo hic,vt refert in summa, hoc perq̃siuit à me-
dicis,& exponit,vt in gl.secundum Azo.& secundum eos dr̃
scrupulus 20.pars vnciæ,licet Pla.aliter intellexerit,qđ scru-
pulus dicaẽ tñ ponderis, ꝙ octo faciant 14. vncias. Et sic illa
lex concordat cum ista.Sed Hugo dixit aliter,vt not.in l.per
annos.vbi dicit, ꝙ scrupulus est pondus sex siliquarũ, siliqua
autem est quarta pars vnciæ, vt l.liberto.§.filium.ff.de annu.
le.& no.per gl.s.de epis.& cle.auth.sed hodie. & ſm hoc scru
pulus esset vna vncia cum dimidia. quia tñ hoc dubium est,
standum est opi. Azo.qa scrupulum ponit esse minoris pon-
deris,& sic in dubio est contra fiscum,vt l.non puto.ff.de iur.
3 fisc.†Vltimò nota ex hoc fine,ꝙ colonus debet potius ven-
c dere domino fructus quam alij,iusto tamen precio.ᶜ

a ADD. ¶Alex.Adde ad istum tex.omnino not.per Paul.de Cast.in l.diuor-
tio,§.si vir,ff.sol.matrimo.in fin.
b Scrupulus. Vide tu do.Bar.Cep.in l.in itinere,in fi.prin.de ver.sig.vbi no.
habes de singulis generibus ponderum.Adde quod not.in apost.ad iacob.
Rebuf.hic nu.1.in ver. Hugolinus dicit,quod scrupulus alias etiam potest
dici scropulus,vt per Cep.in loco supra alleg.
c Alex.¶Hoc sequitur Lud.in l.1.ff.sol.matrim.

LEX II.

1 *Libra regulariter intelligitur duodecim vnciarum.*

OB METALLICVM. Metallarius debet annuatim pro ca-
1 none ſoluere vnã librã metalli xiiij.vnciarũ. † Sed quæro, in
dubio, quot vnciarũ intelligitur libra. Reſp. duodecim, vt l.
ſeruum meũ.§.fi.& ibi not.ff.de hære. inſti.& Inſt.de hæredũ
qua.& diffe. §. hæreditas.niſi aliter conſuetudo ſe habeat,vt
hic,& in quibuſdã ciuitatibus,in venditione quarundã rerũ
intelligitur libra xviij. vnciarũ.quibus conſuetudinibus ſtan
dũ eſt in ipſis ponderibus,& menſuris,l.Imperatores.ff.de cõ
trahen.emp.& vt omnis tollatur dilatio p menſuras,& põde
ra publica,ad qu ærecurritur,vt l.modio.ſ.de ſuſcep.& arc.

LEX III.

CVNCTI. Facilis eſt tex. Nota iſtud,ꝙ de lapidibus,qui fodiuntur in prædiis priuatorũ, fiſcus debet habere decimam.

LEX IIII.

CVM PROCVRATORES. Officiales ad exigendum metallum,non debent ad aliam dignitatem aſcendere,niſi prius illud officium perficiant.h.d.

LEX V.

1 *Dicere pro homine idem eſt,quòd pro quolibet homine.*

PER ANNOS. Fodientes aurum pro canone omni anno
1 ſeptem ſcrupulos tenentur exoluere.h.d.† Not. iſtud vulga-
re tantum importat pro homine,ac ſi diceremus pro quoli-
bet homine ſoluatur tantum, vel quilibet ſoluat tantum.

LEX VI.

QVOSDAM. Non poteſt quis tantum effodere,qđ ex hoc aliena ædificia deſtruantur.h.d. ¶ No.glo.quod iure licet in alieno perquirere lapides,niſi per hoc ædificia deſtruantur.

LEX VII.

1 *Statutum,quòd Comitatenſes reponantur in comitatu,habet etiam locum in Comitatenſe,qui eſſet de prioribus.*

METALLARII. Adſcripti ad fodiendum metalla,ſi aufuge
rint ad aliud officium,retrahentur,etiam ſi familiares Princi-
pis fuerunt.h.d. Ad euidentiam ſcias,ꝙ metallarij ſunt homi
nes liberi,licet ſint adſcripti ad illud munus. facit ſ.de ſer.fu.
1 l. vlt. ¶ † No. hic arg.ꝙ ſi ſtatutum dicat,ꝙ comitatenſes re-
ponantur in comitatu,quòd locũ habet etiam ſi comitatẽſis
eſſet de priorib. Et ſic vide ꝙ illi,q ſunt domeſtici Imperato-
ris,retrahuntur ad primam conditionem. Gloſſ. eſt hic, quæ
tractat quomodo de vna conditione quis transferatur in
aliam. Dic,vt in eadem,& ſumitur de ſumma Azo.de verbo
ad verbum.

¶De murilegulis. Rub.

1 *Murileguli,& alij,de quibus hic,erant liberi,adſcriptitij tamen.*

¶Glo.continuat rubricam, & exponit eam,ſingula verba ex
1 ponam in tex.& legib.ad quas glo.remittit. ¶ † Quæro vtrũ
iſti homines ſint liberi,vel ſerui. gl.& Azo in ſum.innuit, qđ
ſint ſerui. Sed puto,quòd hoc nõ ſit neceſſe,quamuis verum
eſt dicere, ꝙ ſint liberi adſcriptitij,tamẽ,ad iſtas conditiones,
de quibus infrà videbis. quod patet,quia dabant pecuniã ad
hoc,vt ad ipſas conditiones aſſumerentur, quod non eſſet,ſi
ſerui eſſent. nullus enim daret pecuniam, vt ſeruus fieret, vt
j̃. eo. l.j. Item quandoq; liberabantur dando ſubſtitutum,vt
j̃. eo.l.ſi quis ex corpore,qđ non eſſet in vero ſeruo. Item in-
ueniuntur quædã leges,quòd contrahebant matrimonium,
vt l. edicimus. j̃.eo.& l.murileguli.ergo ſerui non erant.ſ.de
inceſt.nup.l.cum ancillis.

LEX PRIMA.

MONETARIOS. Adſcriptus ad cudendam monetam Principis non liberatur alicuius dignitatis priuilegio. h.d. Ex hac l.apparet,qui dicantur monetarij,innuit etiam hęc lex,quòd iſti vocentur ſerui,ſed magis ſunt liberi conditionati.

LEX II.

1 *Tinctores corrumpentes pannos in tinctura tenentur,quia eorum culpa factum præſumitur.*

Idem ſcriptores,& pictores.

1 *Dans pecuniam, vt habeat officium,præſumitur habere animum malefaciendi.*

BAPHII,ET GYNECII. ¶ Primò ponit, ꝙ pertinctores & textores pannorum ſubſtantia. & patrimonium Principis minuuntur, qñ malefaciunt.h.d. vſque ibi,& ſpecies baphij, tinctoris, commercij, & textoris, vt vides in gl. rubricæ, per quod ſubaudit mala facientes,& noſtra priuata ſubſtantia.i. patrimonium Principis tenuatur, i.minuitur.Hoc autem fit duobus mod.j̃.prox.declarat & ſpecies gynecij.i.panni contexti. Ad euidentiam ſcias, quod iſta tinctura, de qua panni domus Principis tingebantur.erat multum in pretio. facit j̃. e. ſi quis nauiculam & j̃. tit. j.l. vellera. Corrumpebant,ergo iſti vel faciendo debiles pannos, vt modicum reciperent de tinctura ,ſeu modicum intingendo. Secundo mõ corrumpendo ipſam tincturam,immiſcendo aliam tincturam corruptam in gynetio.hoc eſt, vbi panni texebantur. confectæ,id eſt, contextæ corrumpuntur per prædictos malos tinctores, ſeu textores , faciendo pannos debiles , vt modicum de tinctura reciperent,vel tenendo ipſos modicum in tinctura,pp ꝙ ipſi panni corrumpuntur. & hic eſt primus modus. Aliud eſt corrumpendo tincturam. & hoc loquitur in baphiis, i.in locis vbi fit tinctura, temeratione,i. per eorum audaciam,& temeriatem. vim adducunt,i.aliquid adducunt ad minorandum , vel augmentandum tincturam , per id quod additum eſt,inquinatæ alluuionis.i.corruptæ augmentationis,hoc autem faciebant , quia qñ fuerunt adepti iſtud officium , dederunt pecuniam, nunc volunt trahere per dictas corruptelas. Prohibet ergo princeps pecuniam dari pro acquirendis dictis adminiſtrationibus.& hoc ſequitur,& ſic litera eſt plana. Ex prædictis patet , ꝙ quædam glo. quæ exponit , vim, i. per vim, non eſt neceſſaria , nec habet intellectum huius literæ.
1 † No. arg.l.ĩ tinctores, qui pannos corrumpunt in tinctura,
nam eorum culpa factum præſumitur, & tenentur.facit ff.lo
ca. item quæritur. §. ſi gemma. & §. ſi fullo.Item facit contra
ſcriptores,qui aquam immiſcent in atramento,per qđ litera
eſt magis alba , & contra miniatores , & pictores, qui depin-
gunt, vel miniant de adulterinis coloribus, vt teneantur do.
mino ad intereſſe. Item tenentur crimine ſtellionatus,de cri.
2 ſtelliona.l.3.§. ſed & ſi quis.¶ † Vltimò no.arg.qđ qui dat pe
cuniam, vt habeat officium,habet animum malefaciendi,&
a indebitè lucrandi,propter quod factus eſt titulus, *a* vt iud. ſi-
b ne quoquo ſuffra.[b]

ADDITIONES.

a ¶ Fictus eſt titulus.Vt iudices ſine quoquo ſuffr. fiant. Et iſte titu. perperam in maximum totius Reip.detrimentum obſeruatur,vnde multa ſcandala ꝓpter iudicũ corruptiones, & ipſa etiá iudicia venalia quotidie accidũt,vt plene dixi in addi.ad Iac.Reb.in l.curiales.ſ.nu.j.de decur.lib.x.
b Alex. Suffra. Vide Ang. vt iud.ſine quo. ſuffra. in prin.adde l.vniuerſi.per Bart.ſ.de lega.in lib.x.

LEX IIII.

1 *Mors animalium,quando debet clarè probari,& quando ſufficit per coniecturas.*
2 *Mortem hominis probare per coniecturas,quando ſufficiat.*
3 *Pro tutoribus,& aliis tenentibus reddere rationem practica probandi corruptionem ſuppellectilium.*
4 *Habentes lacum Peruſinum,licet tenentur ad certam quantitatem piſcium ſingulo die,ſi ſuperuenit multitudo hominum,poterunt cogi ad maiorem quantitatem piſcium.*

QVOD AD PRAESENS. Duobus modis legunt in gl.Se-
cundum primũ ſcias,qđ Imperator habebat paſcua multum
magna quibus tenebat gregem ſuũ, & alij homines,& ruſti-
ci habebant ſimiliter greges ſuos in eiſdem paſcuis, & tene-
bantur Principi ad hoc,vt qñ grex eius minuebatur,debebat
ſuppleri de gregibus aliorum. Et illi,q præerant gregi Princi
pis, vocabantur baſtagarij. qui ſm noſtrum vulgare vocan-
tur virgarij.Contigit ergo ꝙ quodam anno deceſſerunt mul
ta ex animalib.Principis:dubitabatur,quantum ruſtici debe-
bant dare baſtagariis pro reparatione gregis Principis.Impe
rator ſtatuit,ꝙ pro illo præſenti tempore ſufficiebat ſi illi ru
ſtici quilibet daret quintum animal,hoc eſt de quinq; vnum,
& ſecundum hoc habes ꝙ gl. quæ dicit,ꝙ ruſtici præſtabant
hoc omni anno, dicit contra literam. hic ꝓuidet Imperator
ad ſolum remediũ illius inſtantis temporis dum dicit , ꝙ ad
vt ibi,quia ibi tractatur de alia libertate,quàm de ea,quæ per
viam præſcriptionis inducitur,& ſic non obſtat contrarium.
In gl.niſi xl.ibi.l.eum.gl.in l.omnes. de præſcript.30.ann.ſol-
uit alio modo, ſ. quod ibi eſt ſpeciale in adſcriptitiis curiarũ,
vt minori tempore præſcribantur,adſcriptitij verò fundorũ
Principis nullo tempore præſcribuntur,vt l.j.ne rei dom. vel
tem. Et prædicta procedunt,cum adſcriptitij ipſimet volunt
preſcribere libertatem.An autem alius poſſit preſcribere ad-
9 ſcriptitios alienos,dic vt hic not. †In gloſ.ſuper verb.ſobole
ſua.in gl.quę incipit,ex fœmina adſcriptitia.ibi,l.ead.hoc pla
cet.quia adſcriptitiorum conditio eſt durior, quàm aliorum
colonorum,vt ſ̃ eo.l.ne diutius.& ideo magis ei fauetur pro
libertate.In gl.in ver.permanere.ibi,not.ſimile,&c.no.quem
poſſe eſſe liberum & adſcriptitium ſimul,& ſemel.quod facit
ſ̃.eo.l.fi.& quod no.Inſti.de iur.perſo.in princ. & in authẽ.de
10 nupt.§.adſcriptitio.†In gl.in ver.per iudicem. ibi,hic innuit,
prouideat,&c.Et no.bene pro ſtatutis dicẽtibus,quòd iudex
prouideat bene ne damnum detur,vel iniurię inferantur.Nã
vigore huius ſtatuti nulla naſcitur actio, ſed eis datur officiũ
iudicis.Si autẽ ſtatutum dicat,quod iudex debeat tueri tales
iniuriam patientes, tunc eis datur actio, & exceptio, vt l.ſta-
tuas.ff.de acq.rer.dom. In eadem gl.ibi,quod in ſimplum.&
ſic ſecundum Hugo.opi.eſt dare caſum,in quo pro furto, vel
rapina non competit ius agendi, niſi ad ſimplum tantum, ſ.
cum furatur, vel rapiat dominus ab adſcriptitio, vel colono,
d aut cenſito.[d] In glo.nati ex colonis.ibi,ſed quid de nato. No.
an filius natus ex colono ante præſcriptionem completam,
vel conceptus ante præſcriptionem completam,& natus po-
ſtea ſit colonariæ conditionis. Nam non eſt primo caſu,quia
non eſt natus ex patre colono.ſecundo caſu,quia cum ſit cõ-
ceptus antequàm pater eſſet colonus,etiam habetur pro na-
to, cum de eius fauore tractetur, vt l.qui in vtero. ff.de ſtatu
11 hominum. † Et ideo non dicitur primogenitus Regis, [e] qui
e natus eſt ante dignitatem regalem, nec filius presbyteri, qui
natus eſt ante presbyteratum,vt not.in l.imperialis. de nupt.
f & l.ſenatoris.ff de ſenato. [f] In filiis autem eorum,qui ſe ſpon
te curiæ obtulerunt,hoc ſpeciale eſt,vt licet nati ſint poſt ob-
lationem factam curiæ, non ſint curiales inuiti, vt not.in l.fi.
g ſ̃.de his,qui ſponte mu.ſub.[g] In eadem ibi,licet. Sed non ob-
ſtat hæc lex: quia intelligitur de liberis natis, & conceptis
poſtquàm pater eſt colonus effectus,& ideo ipſi ſunt coloni,
licet non ſteterint 30.ann.In eadem glo.ibi,item daretur oc-
12 caſio.†Not.bene ad ſtatuta dicentia, quòd pro animali na-
ſcenti in territorio Peruſino debeat ſoluere dominus vnum
ſolidum.Nam ſi habens animalia prægnantia ducit,vt pariãt
extra territorium Peruſinum, nõ euitat propter hoc ſolutio-
nem, quia in fraudem fecit. Pro hoc ff. de hære. inſtit.l.ex fa-
h cto.la grande.[h]

a ADD.¶Ale.Si ſtatutum excludit præſcriptionem lõgi tpis,an verificetur in præſcriptione longiſſimi tẽporis.Dicas quod non.Facit quod dicimus ſtatutum interpretari,vt aliquid addat iuri communi,ſecundum Bar.in l.2.de vſu.Bal.in l.j.de præſcr.lon.temp.quæ pro libe.cũ ſi. Sed præſcriptio longi temporis eſt tm̃ 10.ann. inter præſentes, &c. In contrarium faciunt ea,quæ diximus ſtatutum interpretandum ſecundũ ius commune, & pro certo dictum Bar.nunquam mihi placuit. Pro quo multa poſſent adduci, ſpecialiter quod no.Bal.per illum tex.in l.in contractibus.in prin.de non nu.pecu.& multa alia. Quando autem valeat ſtatutum excludẽs præſcriptionem,vide per Bald.in l.j.ne rei do. vel templorum. & dixi plenè poſt Bar.in l.j.de vſur.Sed aduerte ad dictum Bar.hic quod puto,quod ſit corruptum,quia non deberet eſſe illud verbum longe relatum in ſtatuto, an præſcriptio centum anno. intelligatur excluſa, vide no.in d.l.j. ne rei do. vel temp.& in c.1.§ præterea.de cap.Conra.in vſib.feud.

Ale.¶Statutum faciens mentionẽ de præſcrip. lon.tem. non cõprehendit præſcriptionẽ 40.an.Idem Bar.in l.ius emphyteutici.ſ̃.de fund.pat. & ibi vide.& ɔ̃ Bar.hic tenet Ang.in l.ſi quis decurio.ſ̃.de decur.lib.10.vbi dixi.

b ¶A viro. An liceat viro vxorem ex cauſa verberare, vide Felin.in c.illud. de præſump.

c Ale.¶Adde Dyn.& Bal.idem tenentes in l.j.ſ̃.de legib.vbi dixit,quod hoc caſu dabuntur alimenta extra domum & idem no. Cyn.in l.quod in vxorem.ſ̃.de nego.geſt.& ibi Bald.bene facit tex.in l.Caio Seio.§.fin.ibi,ſi ob grauiorem ſeruitutem diſceſſerunt.ff.de alimen.& cibar.lega.facit etiam l.ſi dotem.§ ſin autem in ſæuiſſimo.ff.ſolu.matr. & Bald.in l.j.de priuileg. dot.& in l.j.ſ̃.de ſenten.quæ ſine certa quantitate.

d Ale.¶Nota caſum,in quo pro furto, & rapina non agitur, niſi ad ſimplũ, & quæ differentia ſit inter furtum,& rapinam,& violentiam, vide Bar.in l.itaque fullo.ff.de fur.& l.licitatio.§.quod illicite.de publica.& inter furem,latronem,& raptorẽ,vide in c.ex parte.de teſt. per Doct.& per Ang. in auth. vt mulieres iurent.§.1. & Bal.in authẽ.ſed nouo iure.ſ̃.de ſer.fug. & in l.capitalium.§.famoſos.de pœ.& ibi dixi.

e ¶Non dicitur primogenitus Regis. Tu adde de hoc omnino per Bal.in l. imperialis.nu.16.& ibi poſui in apo.ad ipſum.ſ̃.de nup.quam ad hoc alle. pro ſing.Fran.de Crema,ſing.ſuo 50.incip.vide pulchram diſputationem. vbi remiſſiones habes ad ſaturitatem.

f Ale.¶Vide Bar.in d.l.imperialis.& adde quod idem Bar. dicit in l.2.§.fi. de decuriõibus,vbi ponit de filio nato antequã pater efficeretur nobilis, an gaudeat priuilegiis nobilitatis.Et ibi concludit,ꝙ non,nec quo ad cõmoda,nec quo ad incõmoda.& Bal.in d.l.imperialis.§.fi.Ratio,quia qualitas adiuncta verbo, debet intelligi ſecundum qualitatẽ verbi,cui adiungitur.l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de nox. & facit tex. & ibi Bar.in l.ſi ſenator.ſ̃.de digni.lib.12.& vide quæ ſcripſi in l.2.§.filius.de decur.

g Alex.¶Faciunt ad q.dicit ſtatutum, quod ſi aliquis fecerit ſtationem in villa per decem annos, teneatur in perpetuum ipſe, & filij, an talis præſcriptio noceat filiis natis ante præſcriptionem. ¶Item ſi ciuitas recipit aliquem in ciuitate.pone fecit ſtatutum quod omnes trahentes moram in comitatu, non gaudeant priuilegio ciuitatis, nec eorum filij,quod ſi aliquis habitauit in comitatu,non præiudicet iam natis, ſecundum Bal.in l.2.ad fi.ſ̃.de lib.& eorum lib.

h ¶Nota ex iſto §.arg.quòd colonus remanẽs in colonia,illã partẽ fructuũ ſolùm reſtituere tenetur,quã reſtituebat tẽporibus retro actis. ¶Item eſt caſus,quod hæredes alicuius coloni remanẽtes in colonia,ſine reuocatiõe aliquorũ pactorum,quod per omnia,& eodem modo,& cõditione pacta omnia,quæ extabãt inter dominũ,& colonum defunctum,debent ſeruari inter dominũ,& hęredes coloni.quod no.Ang.hic,additio eſt §. caueant.

LEX XXIII.

1 *Adſcriptitij matrimonium contrahere poſſunt.*
Adſcriptitij effici poſſunt clerici dominis eorum inuitis.
2 *Partus conditionem ventris ſequitur.*

SI QVI. Mulieres liberæ cum adſcriptitiis matrimoniũ ɔ̃hẽ
tes non perdunt ipſe,nec eorum poſteri libertatẽ,& natus ex
libero,& ex adſcriptitia muliere,conditionem ventris ſequi-
tur.item domini talium adſcriptitiorũ poſſunt eos extrahere
à tali matrimonio authoritate propria,& etiã caſtigare, ſi iu-
dicis copia deſit:quod ſi non fecerint, ad eorum damnũ ne-
1 gligentia redundabit.h.d.¶†Et no.adſcriptitios contrahere

matrimonium. Per quod dicunt quidã ipsos esse liberos, &
non seruos. Sed certè matrimoniũ istud est de facto, non de
iure, vt in auth. de nup. §. adscriptitios. Non tamẽ intelligas ꝙ
ipsi sint serui, nisi quo ad quædã seruitia. Et hoc apparet, quia
ẽt inuitis dñis pñt effici clerici, vt in auth. de sanc. episc. §. ad-
scriptitios. qđ nõ ẽ in seruis. Hãc opi. tenet gl. in d. §. adscripti-
tios. in ver. agriculturã. Sĩlẽm tex. habes ad literã in l. j. s̃. de se-
natuscon. Claud. in §. sed serui. in fi. Olim enim semꝑ natus ex
alio adscriptitio, vel adscriptitia, conditionem adscriptitij se-
quebatur. Et hoc introductum fuit per senatusconsultũ Clau
dianum, sed postea hoc mutatum fuit, quod sequeretur con-
ditionem ventris, vt l. j. de senatuscon. Claud. & in auth. con-
stitut. quæ ex adscrip. & vidistis s̃. eo. l. ne diutius. in gl. intelli-
gatur. in fin. & hoc verum olim ex dispositione senatuscon.
2 Claud. sed hodie † indistinctè partus sequitur conditionem
ventris liberi, licet pater fuerit seruus.

¶De capitatione ciuium censibus eximenda. Rub.

LEX VNICA.

1 *Rubrica si est generalis, lex etiam generalis intelligitur.*

PLEBS. Ciues Romani habitantes in vrbe effugiunt onus
capitationis. h. d. ſm primam lecturam. Potest etiam intelligi
in ciuibus aliarum ciuitatũ habitantibus intra vrbem. Et hoc
patet ex generalitate huius literæ, quæ dicit, in Orientalibus
quoque. Sed hæc lex fallit in tributo capitis, quod pro metal
lo præstatur, vt l. per annos. s̃. de metalla. quæ videtur cõtra.
1 ¶†Vltimò no. ex gl. hic posita, quòd quando rubrica est ge-
a neralis, quòd etiam lex debet generaliter intelligi. *a*

ADDITIO.

a Ale. ¶Per Mod. in rub. ff. de ver. obl. Quãdo rubrica est generalis, lex debet
esse generalis. Adde Imo. in rub. ff. de ver. obl. Et hoc maxime, quando per
verba comprehenditur mens statuti. Facit gl. l. j. s̃. ne fideiuſ. do. dentur, &
l. j. cum ibi no. per Bar. & Doct. ff. si cert. pet. & glo. in l. j. in ver. prætorio. &
ibi Bal. ne lice. tertio prouoc. & no. Io. And. in additio. Spec. in ti. de dispu.
& alleg. ad fi. & Bal. in l. fi. ff. de hære. insti. & gl. in rub. si quis test. liber esse
iuſſ. fu. & in l. j. in prin. ff. quod quisque iuris.

¶In quib. cau. colo. censi. domi. accu. poſſ. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Coloni, qui colonia finita perseuerant in ea, consuetum affictum præstare tenentur.*

2 *Timens ne ab aliquo offendatur potest iudicem adire, vt ille sibi caueat.*

QVISQVIS. Colonus exactus per dominum contra cõsue
tudinem præstatiõis antiquam dominum accusare potest, &
si dominus conuincitur, punitur. & hæc lex not. istud dicit. In
1 tex. ibi, quam ante consueuerat, arg. optimum † pro colonis
nostri temporis, qui redditum annuum præstãt dominis, vt si
finito tempore coloni in colonia persistũt, tantundẽ debent
præstare, quantum consueuerunt. facit s̃. tit. 2. l. cum satis. §. ca
ueant. in tex. ibi, in posterum prohibeãtur. No. posse ferri sen-
tentiam, vt in futurum non debeant agẽtem molestare, sicut
in negatoria, vt insti. de actio. § ęquè & in vti possidetis, vt in
tit. vti poss. ff. & C. & sic patet, quod ratione iuris de præsenti
fertur sententia super futuro. Secus si ius non competeret de
præsenti, vt l. j. §. 1. ff. de vsu. quæ hic allegatur pro contrario.
2 ¶†Et per hãc literam dicit And. de Barul. quòd qui timet ne
offendatur ab aliquo, potest adire iudicem, vt sibi caueatur ꝑ
illum, vt nõ offendatur, de quo per Gul. in l. illicitas. §. ne po-
tentiores. de offi. præsid. & facit ff. de vsufruc. l. æquissimum.

LEX II.

1 *Statutum, quòd aliquis non habeat vocem in capitulo, videtur ei præcludere viam in iudicio.*

2 *Imperator est vniuersalis dominus omnium, non tamen particularis.*

COLONI. Coloni censiti licet respectu aliorũ sint liberi, ta
men quo ad personam dominorum, quibus tributa præstãt,
videntur quadam seruitute esse adstricti, & ideo eos ad iudi-
cium vocare non possunt pro causis ciuilibus, nisi ratione su
perexactionis. sed pro publicis criminib. eos accusant, si suã,
vel suorum iniuriam prosequantur: tamen sua peculia, & eo-
rum prędia alienare non possunt inuitis dominis inter viuos.
1 h. d. †In tex. ibi, ipsi sunt, & ideo cũ persona est alicuius, mul-
to fortius bona illius. In tex. ibi. vocem negamus. Not. modũ
loquendi. Nam per hoc patet, ꝙ si statutum dicit, quod talis
non habeat vocem in capitulo, per hoc videtur sibi præclusa
via in iudicio. In gl. quæ incipit, coloni. ibi, nam sæpe vulga-
2 riter. †Not. istud vulgare, quid importet. In eadem ibi, sic, &
aliàs. not. quod omnia sunt Principis quo ad iurisdictionem,
& vniuersale dominium, sed non quantum ad particulare.
de quo no. plenè l. bene à Zenone. s̃. de quad. præscri. In gl. su
per verbo, alienaret. ibi, nec etiam intrare ecclesiam. De iure
ciuili videtur secus, vt not. gl. in l. quemadmodum. de agri. &
censi. & est tex. in auth. de sanc. episc. §. adscriptitios.

¶De colonis Palæstinis. Rub.

LEX VNICA.

1 *Nati in terra, vbi Christus fuit natus, non habẽt aliud priuilegium, q̃ alij.*

CVM PER ALIAS. Coloni Palæstini non possunt à terra
recedere, sicut alij, & eorum dominis datur plena potestas re-
1 uocandi domum. h. d. Et no. † gl. fi. huius legis, quod nati in
terra, vbi fuit natus Christus, non habent aliud priuilegium,
quàm alij.

¶De colonis Thracensibus. Rub.

LEX VNICA.

1 *Vagabundus quis dicatur, & quando ille, qui vagando vadit per orbem.*

PER VNIVERSAM. Thracenses capitationis non præstãt
tributa, sed tributa terræ, non tamen possunt à terra discede-
re: & occultans, vel retinens colonum Thracẽsem, ipsum re-
stituit domino cum peculio, & cum agnatione, & punitur in
1 duabus libris auri. h. d. In tex. ibi, vagabundi. No. † de vagabũ-
do, quia propriè ille dicitur vagabundus, qui vadit vagando
a per orbem, [a] vt hic, & j. l. proxi. & est casus in l. j. de tyro. li. 12.
& hoc tenet glo. ff. de dam. infect. l. 4. §. prætor. versi. verecun-
dæ. & hoc est verum, nisi in proprio domicilio fuerint agna-
ti, vel cognati, qui vellent eum ab inquietudine defendere, vt
s̃. de agric. & censi. l. cum scimus. §. illud quoque. Glo. tamen
ff. ad Muni. l. eius. §. Celsus. dicit quod ille est vagabundus,
qui non habet domicilium. Sed hæc est truffa, quia secundũ
hoc semper opus esset, quòd locus originis esset passus ara-
b trum, quod esset absurdum. *b*

a ADD. ¶Per orbem. Ad quod tu vide omnino Fel. in c. fi. de foro cõpet. ver.
de vagabundo. & quod ibi dixi in apostil. De vagabundis dixi multa s̃. in
addi. ad Bar. sed nunc non occurrit locus. vide tamẽ omnino de hoc Ant.
Cor. sing. suis. in versi. vagabundus. incip. si beneficiatus. vbi late de multi-
plici vagabundo tractat.

b Ale. ¶Adde Bar. in l. 4. §. prætor. de dã. infect. qualiter vagabũdus sit citan-
dus, vide In. in c. si aduersarius. de eo, q̃ mit. in poſ. causa rei seruã. & Spe.
in ti. de competen. iudicis adi. in ver. quid si debitor, vide glo. & ibi Bar. in
l. cum hęreditas. ad Treb. qui dicantur vagabundi, & qualiter conuenian-
tur, & citandi sint, vide Io. And. in addi. Spec. in tit. præalleg. & ibi etiã po
nit quid de banni. & per Cyn. & Bal. in l. j. vbi de cri. agi opor. & in l. ad re-
cogni. & quæ dixi ibi post Bar. ff. ex quib. cau. in poſſ. ea.

¶De colonis Illyricanis. Rub.

LEX VNICA.

1 *Interesse lucri cessantis æstimatur iudicis officio.*

2 *Bannitorum receptatores, quomodo, & qualiter puniantur.*

COLONOS. Coloni Illyricani origine à terra se separare
non possunt, contrafacientes reuocantur, & reuocati submit
tuntur in vinculis. Itẽ receptantes eos, licet ignotos, puniun-
tur. h. d. Et de hac receptatione vide, quod dixi s̃. de agric. &
1 censi. l. cũ satis. & s̃. de fab. l. pe. ¶†In tex. ibi, authoritate iudi
cis, not. quod interesse lucri cessantis iudex ex suo officio æsti
mare debet, quod no. pro eo, quod ponit Cyn. in l. vnica. s̃. de
sententiis, quæ pro eo, quod interest proferuntur. circa pro-
2 bationem interesse. In tex. ibi, illud sufficiat. †Not. optimum
tex. contra receptatores exbannitorum, quòd puniuntur pœ
na receptatorum non solùm si sciuerint pœnam, in qua erãt
banniti, & causam pro qua erãt banniti, sed etiam si omnino
ista ignorauerint, dum tamen sciuerint istos esse bannitos, se-
cus autẽ si hoc ignorassent. l. j. s̃. de recept. & de agri. & censi.
l. quemadmodum. & quod dixi s̃. de fabric. l. nullus. Rubri-
cas quatuor sequentes vide per teipsum.

¶De omni agro deserto. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Prædia sterilia, quòd debeant iungi pro parte fertilibus propinquis.*

CVM DIVVS. Prædia deserta decurionibus loci, quibus
subsunt, assignari debent cum immunitate triennij; & si insuf
ficientes sunt ad dicta onera supportanda, debent diuidi, &
a possessionibus fertilibus assignari. h. d. [a] †Et not. ex fine legis,
1 quòd prædia sterilia debẽt adiungi per partes fertilibus pro-
pinquis ad hoc, vt alia prædia fertilia sustineant onera præ-
b diorum sterilium. h. d. [b]

a ADD. Ale. ¶Hanc legem allegat Bar. in suo tractatu represaliarum in 3. q.
pen. q. prin. quod per statutum potest fieri, quod quilibet de villa teneatur
pro debito alterius, quod tamen intellige, & limita, vt per Bar. in 4. q. pen.
q. prin. in l. prouidendum. s̃. de decur.

b Ale. ¶Quod põderat Bar. in l. si se non obtulit. §. actor. ff. de re iudi. allegat
hãc legẽ, si quis de ciuitate non est soluendo, quod alij de ciuitate tenent̃
soluere pro illo per libram, & solidum. & cum Bar. ibi transeũt oẽs post
eum, sed Bar. in l. fi. §. mixta. ff. de mun. & hono. determinat cõtrarium, vbi
vult quod de iure communi onus deficiẽtium nullus tenetur subire. alle.
tex. in l. j. s̃. vt nullus ex vica. pro alien. vicar. deb. lib. 11. Et respondet istam
l. procedere, nisi alio modo esset expressum lege municipali, quia illi legi,
vel consuetudini standum est, vt damnum substineat. Pro hoc etiam facit
distinctio Bart. in l. 2. de apo. pub. lib. 11. de quo videas, quod ibi scripsi. &
vide per Ang. in d. §. actor. ver. quærit Bar. quod si aliquis de vniuersitate.
& vide Alex. in repe. l. sæpe. in prin. de re iudi.

LEX II.

1 *Prædia sterilia dicuntur nerui fertilium prædiorum.*

SI QVIS. Possidens fundos steriles, & fertiles tributarios, si
alienat fertiles, & ob hoc efficitur non soluendo, tenetur ad
1 tributa fertilium, & sterilium emptor. h.d. †Et no. q̃d prædia
fertilia appellantur hic nerui prædiorum sterilium. Et est ra-
tio, sicut in corpore humano caro fertilis, & imbecillis ꝯser-
uatur per neruos, ita prædia sterilia conseruantur per fertilia.

LEX III.

1 *Verbum cautio, an intelligatur cum fideiussore, vel sine, remissiuè.*

QVICVNQVE. Recipiẽtes p̃dia deserta cũ immunitate triẽ
nij, dẽt cauere idoneè, ꝙ p̃dia non relinquant cũ dãno Rei-
publicæ. h.d. In tex. ibi, Impetratorũ. no. dicit Impetratorũ. vn
de ille cui assignarent p̃dia deserta absq; impetratione, nõ de
bet hac cautione grauari, quia satis est, q̃d fuerint ipso inuito
1 illa p̃dia sibi assignata. In fi. glo. vlt. †Not. bene de hoc verbo,
a cautionis, vtrũ intelligatur cũ fideiussore, vel sine, [a] de verb.
sig. l. sancimus. & ibi per Cy. & hic per And. de Barulo.

a ADD. ¶Cum fideiussore, vel sine. Adde gl. & istum in l. si mandato. §. si. ff.
manda. & in l. caut. de verb. sig. & in l. prætoriæ. in fi. ff. de præt. stip. Bal. in
l. sancimus. in 2. opp. s̃. de verb. sign. & in auth. cui relictum. versi. item not.
quod idonea cautio. s̃. de indicta viduita. tollen. Alex. in l. j. qui satisd. cog.
& Cardi. in cle. j. §. & quia, de pœn. & per Oldr. consi. 68.

LEX IIII.

1 *Repudians hæreditatem, priuatur non solum hæreditate, sed etiam omni-
bus bonis ad eum quocunque titulo per instituentem deuolutis.*

HAEREDES. Hæc lex est singularis. Scriptus hæres à tribu-
tario debitore ẽt onus fundorũ steriliũ agnoscere cogitur. &
si hr̃ditati renunciet, cogetur cedere oĩbus bonis, q̃ etiam ex
1 alio titulo à debitore percepit. h.d. ¶†Nota singu. casum, in
quo repudians hr̃ditatem instituentis eum, non solum priua
tur hr̃ditate, verum etiam oĩbus bonis, quocunque titulo ad
cũ deuolutis per instituentẽ. Et sic est argu. hic, ꝙ institutus à
debitore cõis Perusij, si repudiat eius hæreditatem, priuatur
a omnib. bonis suis, quocunq; titulo ei acquisitis à testatore.[a]

a ADD. Ang. ¶Testatore. Hoc tamen est speciale fauore fisci, ergo in cõtra
rium est ius commune. l. ius singulare. ff. de leg. & sing. not.
Alex. ¶Vide Ang. in l. j. ff. de acq. hær. & vide in l. si patroni. §. quid ergo. ff.
ad Treb. & in l. qui hæred. §. si pars de condi. & demon. Vtrum autem repu
diata hæreditate videatur repudiatum officium executionis, & econuer
so, vide Bar. in l. cum proponas. C. de fideicom. lib.

LEX V.

QVI VTILIA. Possidens prædicta sterilia, & fertilia, nõ po
test renunciare sterilibus, & fertilia retinere. sed omnib. debet
cedere, vt pariter omnia curialibus deferantur. h.d.

LEX VI.

1 *Verbum reuertantur, significat translationẽ dominij, ipso iure, & de cuius
significatione, remissiuè.*

QVISQVIS. Prædium sterile desertum iungi dẽt possidẽti
fundum fertilem dominicũ, vel templorum, & si nullus repe
riatur volens dictum fundum possidere, antiquo possessori
restituitur præstita cautione soluendi tributa, & alias publi-
cas functiones. h.d. In tex. ibi, reluctandum. sed quomodo re-
luctatur cum prædium desertum assignetur dño inuito, vt s̃.
eod. l. j. Respondeo, quod hic loquitur in prædio dominico,
vel templorum, ibi autem in prædio priuati. In tex. ibi, reuer-
1 tantur. †No. de verbo, reuertantur, quia significat translatio
nem dominij ipso iure, & est vtile pro substitutionibus. De
quo habes in l. j. ff. de donatio. & s̃. de reuo. do. l. si vnquam. &
de inoffi. do. l. si totas. & dixi de vulg. & pup. in l. Centurio.

LEX VII.

1 *Habens fundum sterilem in emphyteusim, si sua cultura facit eũ meliorẽ,
an possit illum transmittere ad hæredes extraneos, licet hoc in instrumen
to non dicatur.*

2 *Ille cui assignatur prædium patrimoniale Principis, sterile, habet biennij
vacationem à tributis si fiscale habet triennium.*

3 *Portare granum de clusio Perusino qui teneantur.*

4 *Colonus qui fundos steriles reddit bonos, & fertiles sua cultura, non potest
per dominum de eorum cultura remoueri, nec ei pensio augeri.*

QVICVNQVE desertum. Qui fundum p̃rimonialem steri
a lem[a] sua industria fertilem fecerit, dẽt ipsum perpetuò possi-
dere, & ipsum relinquere hr̃dibus tanq̃ ꝓprium, & ille, cui as-
signata sunt prædia sterilia, tributa præsentia, non præterita,
soluit, & etiam pro præsentibus gaudet immunitate biennij,
qua immunitate alij gaudere non debent. Item procurator
cum videt prædia sterilia, curare dẽt pro posse, vt assignentur
prædiis vicinis fertilibus. Item hospitale diachatone habet
immunitatem ne cogatur suscipere prædia sterilia h.d. †¶In
1 tex. ibi, perpetuò. Not. arg. quòd hñs in emphyteusim fundũ
sterilem, vel defectiuum, si ipsum sui cultura fecerit meliorẽ,
põt transmittere ad hr̃des extraneos, nec finitur emphyteusis
tertia generatione, licet in instrũ hoc nõ dicatur. Pro quo facit
b j̃. l. q fundos, tñ hoc non affirmo.[b] In text. ibi, post biennium.
2 †No. ꝙ ille, cui assignatur p̃diũ p̃rimoniale Principis sterile,
hẽt biennij vacationẽ à tributis. Si aũt esset fiscale, tũc hẽt va-
cationẽ triennij, vt s̃. eo. l. j. & ita tenet hic glo. ¶In text. ibi, vt
3 primum vicinas. †No. hic arg. q̃d ad portandũ granũ de clu-
so Perusino ad ciuitatẽ Perusij, primo dẽnt grauari clusij, po-
stea viciniores cluso, tertiò alij, si primi sint inter impotentes,
ꝓ quo facit optimè s̃. de naui. l. cũ nauarchorũ. An aũt illi ꝓ-
pinquiores aliis teneantur portare suis sumptibus, vel publi-
cis, dic vt ibi dixi. In tex. ibi, consensu omniũ. No. hic dicit cõ-
c sensu oĩum:[c] & tñ gl. dicit sufficere cõsensũ maioris partis. & &
hoc est vtile ad q̃onem statuti dicentis, ꝙ factum per maiorẽ
partem studij non valeat reprobari. quod certum est si sit fa-
d ctum per maiorẽ partem, vt hic.[d] In tex. ibi. excludat. †Not.
4 optimum arg. pro laboratoribus, & colonis terrarum, qui eo
rum cultura fundos bonos, & fertiles fecerunt, cũ essent ste-
riles, vt non possint per dominos eorum de cultura remoue-
ri, nec etiam eius pensio augeri. Facit j̃. tit. 2. l. j.

a ADD. ¶ Sterilem. Quæ dicatur sterilitas in fundo, vide Bart. in l. si vno. §.
vbicunq;. ver. sed dubitatur. ff. loca. & Sal. in l. licet C. de loc. versi. quæro,
quando non dicatur sterilitas. vbi etiam vide Bar. & Bal. & Io. And. in ad-
di. ad Spec. in tit. de loca. & And. Barb. consi. suo incip. scripsit propheta.

b Alex. ¶Affirmo. Hoc dictũ secutus est Lud. in rub. de arb. sed ad emet, &
melius in l. etiã. in prin. sol. mat. tenet ꝯtrium, & bene p c. ad aures. de reb.
eccl. non alie. Nec obstat iste tex. quia loquitur in re Principis, non eccle-
siæ. Itẽ nõ apparet hic, q̃d esset data in emphyteusim. Ita dicit ipse & hoc
verum, tenendo opin. q̃d talis emphyteusis non transeat ad extraneos. De
quo plenè ibi, & in l. q̃d dicitur. de verb. obli. per Imo. Alex. Adde quod si
quis fuit exemptus à canonis p̃stațione alicuius fundi sterilis in totum,
vel in partem, & postea fit effectus fertilis industria possessoris, an debea-
tur præstatio canonis, & possit augeri. Casus est, q̃d non in l. fin. s̃. de allu-
uionibus. quẽ alleg. Ang. in l. si seruitus. ff. de seruit. rust. præd. Imò semel
liberatio, & exẽptio remanebit firma per illũ tex. & §. quia vero Leonis. in
auth. de non alie. & Bal. alleg. hanc legem in argumẽtum in c. de alie. fund.
patr. & ibi in tex. perpetuo no. arg. No. casum in quo emphyteusis durat vl
tra tertiam generationem, & ad extraneos transmittitur. Adde Ro. in rub.
de arbi. regulariter tamen nõ egreditur tertiam generationẽ. in §. emphy-
teusim. in auth. de alie. & emph. etiam si sit præscripta fm Bal. in c. 1. §. qui-
busdam obligauerunt. de feu. da. in vicẽ leg. cõmissoriæ, qui dicit ita con-
suluisse de facto. Et eodẽ modo solet dici in dignitate, quæ obuenit ex ac
cidenti, quæ non egreditur tertiam generationẽ, s. pronepotes, fm Bart. in
l. diuo Marco. s̃. de quæst. Et quæ dicatur tertia generatio, & vsq; ad quẽ
gradum duret, vide per Doct. in auth. si quas ruinas. s̃. de sacro. ecc. & in l.
si mihi, & Titio, & in l. quod dicitur. de verb. obl. & à quo incipiat genera
tio. Ang. in §. emphyteusim. in auth. de non alie.

c ¶Consensus maioris partis. Adde Bal. in l. veterem. nu. 1. & quod ibi posui
in apost. ad ipsum, in versi. quod omnes tangit. s̃. de auth. præstan. & Auto.
Cor. sing. suis in ver. vniuersitas tota. quod fit à maiori parte capituli.

d Alex. ¶Adde Inn. in c. si. de pec. cler. quod si clericus fundum sterilem ec-
clesiæ sui cultura fecit fertilem, & propter delictum deponatur ab admi
nistratione pro victu, debet sibi remanere ille fundus fertilis, quod not.
Rom. in litera c. alias, f. no. 31.

LEX VIII.

1 *Agrum deserere, & agrum derelinquere. sunt diuersa.*

2 *Occupans p̃dium incultũ, & desertũ ꝓpria authoritate si accusetur quali-
ter teneatur, et ponit practicam, tam pro accusato, quàm pro accusatore.*

3 *Cautela, vt quis p̃scribat fundum incultũ tributarium minore tp̃e biennij.*

QVI AGROS. Agrũ sterilẽ, & tributariũ desertũ quilibet
authoritate ꝓpria põt inuadere, siue inuadẽs sit vicinus, siue



non: sed dñs deserens intra biennium recuperare põt restitutis
1 expensis cultori, quo elapso nõ auditur. h.d. †No. diligenter
ex hac lege, q̃d aliud est agrũ deserere, & aliud derelinquere:
qui. n. derelinquit, ipsum ex pœnitentia non reuocat, vt l. j. ff.
pro derelic. sed qui deserit intra biennium sic, vt hac l. ¶Item
biennium datur si non fuit vocatus per possidentem. aliàs da
2 tur sibi solũ tp̃s semestre, vt j̃. eo. l. locorũ. †& est optima hęc
lex in ciuitate Eugubij, in qua per formam statutorũ oĩa præ
dia sunt tributaria. Nã si aliquis p̃dium incultum, & per dñs
desertũ authoritate ꝓpria occupauerit, nõ tenetur cõdictio-
ne ex l. cũ q̃rebatur. s̃. vnde vi. q̃d tenet gl. hic. Et iõ sit cautus
aduocatus accusati in dicta ciuitate interdicto recuperandæ,
vel ex illa lege, vt articulet q̃no prædiũ erat incultũ, & reputa
batur desertũ, quo ꝓbato necessariò sequit̃ absolutio, ex quo
p̃diũ erat tributariũ: secus si non erat, vt l. clam possidere. §. q
ad nundinas. ff. de acq. pos. nisi diuturnitas tp̃is, vt tp̃s 10. ann.
aliud induceret, vt no. gl. mag. in l. j. s̃. de ser. fug. Per hanc ẽt le
gem dici põt, q̃d licet sine titulo nõ præscribantur res spatio
minori 30. ann. tamen in locis, in quibus sunt p̃dia tributaria,
spatio biennij p̃scribitur res, vt hic. Et ideo sit cautus aduoca-
tus conuenti, vel agentis, vt articulet, ꝙ omnia prædia sunt
tributaria secundũ formam statutorum, & quòd ipse semper

possedit illud pdiũ p bienniũ, & hoc pbet p testes, ꝙ intrauit
3 possessionẽ illius pdij tũc vacãtis, & deserti. †Et ob hoc præsumit tributariũ, quibus pbatis agens, & excipiens obtinebit
absq; aliquo titulo, & si vult breuiori tpe possidẽs eẽ secur⁹,
faciat citari illos, quorũ credit interesse, vt cõpareãt intra sex
mẽses ad ɔdicẽdũ, si credũt pdiũ ad eos pertinere necne, vt si
intra dictũ tps dñi nõ cõparuerint, possidẽs dñium ipsius acquirit pleno iure. Posses dicere qñó dñs auditur si agrũ deseruit. Rñdeo, nõ deseruit, arg. l. j. ff. p derelicto, sed tantum cul-
a turam, & intra biennium auditur, quo elapso non auditur. *a*

a ADD. Ale. ¶Non auditur. Vide tex. & Bar. in l. de eodé. de acq. pos. ver. per hanc legem. vide hic dicta ad limitationem Doct. in l. Celsus. de vsu. ff.

LEX IX.

QVI FVNDOS. Præmitte ad euidẽtiam, ꝙ fundos primoniales Principis ille dr̃ possidere iure priuati, qui ipsos accipit steriles, & sui cultura fecit fertiles, vt s. eo. l. quicunq;. Ei ideo dicit Imperator, quòd possidẽs tales fundos, si eidem alij fundi steriles assignentur, qđ sibi datur electio, quod aut renuat fertiles, aut suscipiat vtrunque. h. d.

LEX X.

QVI PER POTENTIAM. Si fiscus alicui successerit, qui fundos steriles, & fertiles possidebat, & aliquis per potentiã fertiles occupauerit, cogitur steriles ex eadem substantia pro portione acceptare.

LEX XI.

1 *Casus, in quo quis potest priuari dominio rei suæ.*
2 *Casus, in quo contumax habetur pro confesso.*
3 *Citatus ad iurandum de calumnia si non comparet, non habetur p cõfesso.*
4 *Proprietas possessionis si dicatur, idem est, ac si diceretur dominium rei.*

LOCORVM. Cum pdia deserta p æquatorẽ alicui assignãtur, antiqui dñi p edicta vocant̃, q intra sex mẽses si venerint, recuperant bona, & debita ɔcta psoluunt: sed p dictũ tps cõtumaces extiterint, perpetuo possidens possidebit, & soluet
1 tributa futura, nõ pterita. h. d. ¶†No. casum, qñó per lapsum
sex mensiũ, quis põt priuari dñio rei suæ, de quo s. eod. l. qui
a agros. *a* ¶† Scđò no. hic casum, qđ ɔtumax habet̃ p ɔfesso, *b*
2 qđ tenet hic glo. Idem no. in l. 2. §. senatus. ff. de iure fisci, vbi
b delatus ɔtumax, tribus edictis, *c* vocatus, p cõfesso habetur.
c Concor. in auth. de exhib. re. §. si vero. de asser. tol. l. j. in fi. & ff. de re milit. l. q cũ vno. §. qui post. & s. de iuramen. calum. l. 2.
3 §. pe. † regulariter ɔ, vt l. diuus. ff. de custod. reor. Ex hoc patet fm And. de Barul. ꝙ citatus, vt veniat ad iurandum de ca-
4 lumnia, ꝙ si non veniat, non habetur pro confesso. † In text. ibi, proprietas possessionis. no. modum loquẽdi. Nam tñ est dicere proprietas possessionis quantum dominium rei, vt l. cum satis. de agric. & censi. Et hoc est vtile pro statutis dicentibus, quòd domini possessionis possunt talia facere. Nã non
d refertur solum ad dominos possidẽtes, sed ad dominos rei. *d*

a ADD. Alex. ¶Agros. Adde quod aliquando per lapsum quatuor mensium. l. cum duobus. §. idem respondit. pro socio.
b ¶Pro confesso. An & quando contumax habeatur pro confesso, vide Fel. in c. cũ Ber. ad fi. de re iud. vbi plenè, & qđ in cã criminali. vide Old. cõs. 4.
c ¶Edictis. Sed quid si statutum disponat. dic idem, quia omnino intelligit̃ si sit ter citatus, non semel pro omnibus, vt per do. Alex. in l. absentem. de poe. & Fel. in c. excommunicatus. de hære.
d Ang. ¶Dominos rei. Et hanc legẽ no. quia per eam habes qđ cum ecclesia, & Respublica æquiparẽtur, vt no. in l. Respublica. s. ex quib. cau. ma. & requiritur in ecclesia cessatio biennij, vt emphyteuta possit repelli, vt l. 2. s. de iure emphyt. qđ illud verum est, vbi ecclesia non citauit emphyteutam vt veniret ad soluendum canoné: sed vbi citauit, non erit necessarius cursus biennij, sed sufficiet lapsus sex mẽsium, per hanc l. qđ singulariter no. quia pulchra limitatio est, vide in auth. de alien. & emphyt. §. si vero quis. Alex. ¶ Vide Io. And. in c. qm̃. §. qđ si super. vt lite non contesta. & quæ dixi post Bar. in l. si fur. ff. de vsuf. & in terminis Spec. in tit. de proba. §. vidẽdum. versi. sed pone statutum. & Bal. in l. 2. §. locum. de relig. & sum. Et qđ veniat appellatione proprietatis, vide Bal. in l. pen. s. si à non compet. iudi. Et adde Io. And. & do. Ant. in d. c. quoniam frequenter. §. quod si super. vt lit. non contesta. & qđ no. Bal. in l. sciẽdum. §. sed etiã. cum seq. qui sat. cog.

LEX XII.

HAC DIFFINITIONE. Ad tributa pdij sterilis nullus possidens fertilia adstringit̃, nisi postquàm fuerit assecutus. h. d.

LEX XIII.

OMNIVM. Domini prædiorum dẽnt requiri, vt soluant tributa contracta, & ipsis cessantibus assignantur volentibus soluere. h. d Et no. hanc legem in ciuitatibus, in quibus sunt prædia tributaria. Nam si domini non soluant tributa, incontinenti possunt prædia aliis assignari.

LEX XIIII.

1 *Dominium rei emptæ per alium ex fratribus nomine proprio, qui in catastro communis cum aliis poni fecit, & tributa communiter sunt soluta, acquiritur per hoc omnibus fratribus.*
2 *Confessio facta in iudicio, per quam confiteor rem meam tuam, licet falsa sit, mihi præiudicat.*
3 *Confessio erronea, vel falsa, quòd solutis expensis corrigi potest, si causa erroris est probabilis.*
Assertio facta in libello, vel exceptionibus, an possit corrigi.

RVRA ET POSSESSIONES. Si curialibus patientibus, & apud acta fatentibus prædia esse alicuius, & tributa qs soluerit, apud soluentes remanet perpetuò dominiũ pdiorum,
1 & nulla repetendi datur licẽtia. † Et no. hãc legem ɔ fratres, qui fecerunt se in instrumentis emptionum tm̃modo nominari, & postea prædia fecerũt in catastro ɔscribi eis, & fratrib. & sic cõiter tributa sunt soluta. Nam p hoc est fratrib. dominium acquisitũ sicut ipsis, quos tenor instrumenti designat. Pro quo facit s. de don. l. cẽsualis, & not. per Cy. s. de rei vend.
a l. solennibus. *a*† In text. ibi, apud acta. Not. qđ licet ɔfessio ex-
2 traiudicialis, qua ego ɔfiteor dominiũ rei meæ esse tuum, nõ præiudicet mihi, vt l. cum falsa. s. de iur. & fact. igno. tñ secus
b in iudicio, licet ista sit ɔfessio falsa, per hanc legem. *b*† In glo.
3 hac lege. ibi, non põt corrigi, hoc est verum, *c* nisi sit erronea
c confessio, vel falsa, & causa erroris sit probabilis, vel iusta, vt l. interrogatam. s. de libe. cau. & ff. de confess. l. cum fideicommissum, & de interrog. act. l. ɔfessionibus, & facit s. de dec. l. si ille. & tũc nõ admittitur erroris correctio, nisi refectis expensis, si iudici videbit̃, vt l. edita. s. de eden. cũ sua gl. Et no. bene, an assertio facta in libello precũ, vel exceptiõis possit corrigi.

a ADD. ¶Alex. l. solennibus. adde Bal. in l. solennib. in pr. s. de rei ven. & Rom. in litera, d, no. 56. & in cons. Bald. vbi dicitur, qđ apponens aliquod signum rei, quod videtur esse communis, si signum sit commune. idem dicit l. si patruus. s. com. vtr. iudic. & facit in rubro, & nigro, vt nemini lic. & vt nemo priuatus tit. & Bar. in tract. de insig. & arm. & in materia æstimi. vide quod dixi in l. fi. in fi. de præd. nauic. Nico. de Neap. per glo. hic dicit, quod interlocutoria redacta in scriptis non potest reuocari per iudicem. simile dicit in teste, quod hoc licet alias possit se corrigere, tamen dicto suo in scriptis redacto nõ licet. Facit gl. in c. apud miserabilem. 22. q. 1. quæ dicit, quod confessio redacta in scriptis reuocari non potest. Sed certe Nicolaus videtur male dicere, quia gl. hic non dicit, quod dictus Nicolaus. Secundo, quia istud est contra tex. in c. cum cessante. de appel. ibi, ne processus negotij friuolis occasionibus retardetur, quæ ratio cessat, siue interlocutoria sit redacta in scriptis, siue non. Cogita tamen.
b Alex. ¶Et l. Vide quæ dixi inst. de act. §. sic itaque. Paul. de Cast. in l. scriniarios. s. de testa. mili. vbi dicit, quod in dubio præsumitur pro matricula, & quod per eam quis præsumatur quasi in possessione, vt ibi per Bar. & Sali. & hoc alle. Pau. de Cast. ibi, quando præsumatur pro æstimo. quia si aliqua possessio descripta est in æstimo meo, præsumitur mea, alle. l. fi. cum glo. & ibi Bart. de præd. nauic. s. cum ibi not. per Bal. in l. censualis, s. de donat. & quod no. in l. cum possessor, §. 1. de censi.
c ¶Hoc est verum. Tu vide de hoc Lanfr. de Oria. in ca. quoniam contra falsam, §. confessiones, nu. 32. ver. pro veritate. & ibi posui. habes multa singularia de hac materia, extra de prob.

LEX XV.

SI QVIS DESERTA. Ad euidentiam scias, ꝙ quędam prędia erant adscripta nauiculariæ functioni, vt s. de prædi. naui. per totum. & dicta prædia erant etiam tributaria. Et ideo si dicta prædia efficiuntur sterilia, & deserta, alicui adiungentur, ille aũt solũ ad nauiculariã functionẽ, & nõ ad tributa tenebit̃.

LEX XVI.

SI QVIS AVTHORITATE. Accipienti fundum patrimonialem sterilem sub certi canonis annui præstatione, non debet augeri canon ex melioratione. h. d. ¶Not. hanc l. contra insatiabiles prælatos, de quibus vidistis in l. cum satis. §. caueant. de agr. & censi. in l. 1. in quib. cau. coloni.

¶De fundis limitrophis, & terris, & paludibus, & pasculis limitaneis, vel castrorum. Rub.

LEX I.

1 *Rescripta impetrata à potẽtibus in curia Romana existentib. ꝙ sint nulla.*



TYBERIANVS. Ad euidentiam scias, qđ quidã præfectus, qui vocabatur Tyberian⁹, statuit quasdam possessiones quibusdam militib. custodientibus limites Imperij, qñ deferebantur frumenta: hoc statutum hic confirmat hæc lex, & iubet in perpetuũ obseruari, mandatq; ꝙ rescripta in cõtrarium impetrata nullius
1 sint momẽti. h. d. ¶†Et hóc est optimũ argumentũ fm And. de Baru. ɔ potẽtes existẽtes in curia Romana, vt rescripta impetrata ab eis ipso iure sint nulla, qñ inferũt hæc alicui piudiciũ. Et hoc patet litera, q dt, quicqd vel potẽtiã vniuscuiusq;

LEX

LEX II.

1 *Castrum non potest teneri infra territorium, ad emulationem, vel castrametationem alterius.*

QVICVNQVE. In limine Imperij nullus debet esse castelli
detentor,nisi is solus,cui per Principem detentio est cõmissa,
contrafacientes pœna hic inserta puniuntur.h.d.Et not.hanc
l.ꝯ tenentes castra in finibus territorij Perusij. Nam cogũtur
ea relaxare cõi cũ eorũ territoriis, nisi permissu ciuitatis sint
eis concessa,vel per tpa vetusta possederint,quia tunc talis ve
a tustas pro lege hr̃, vt l. 2. ff. de aqua plu.arcen. in prin.[a] ¶†In
1 aliis autem locis quàm in finibus bene est licitum possidere
castellũ,vt l.si legatũ.§.fi.ff.de oper.pu.nisi tale castellũ teneat̃
ad æmulationem,vel ad castrametationẽ,vt l.per prouincias.
d̃ ædi.pri.hoc tenet gl.hic,& vide Inn.in c.Pisanis.de rest.spo.
a ADDIT.¶Alex.Adde Bart.& quod ibi scripsi in l.opus nouum.de decr.ab
ord.fa.in fi.vide gl.in l.per prouincias,hic alle.& in l.opus. de ope.pub.vi
de gl.in rub.de metallar.&Ang.l.cum eo.de ser.rust.præ.Et qui possint pe
tere,vt destruatur castrũ factũ ad ęmulationem.Inn.c.pisanis.de rest.spo.

LEX III.

1 *Casus,in quibus nulla currit præscriptio.*

Statutum, quòd contra instrumenta dotalia nulla currat præscriptio, quid operetur.remissiuè.

AGROS. Agri limitanei donec per milites possidentur,sunt
à tributis immunes, si tamen alienati fuerint lege prohiben-
te vendicantur,non obstante longi tempor. præscrip. hoc d.
2 †Not.hic casum,in quo nulla currit præscriptio. Alios casus
habes no.in gl.in ver.cessante.qđ est vtile ad instr̃a dotalia.in
quibus nulla currit p̃scriptio ex forma statutorum,de qua vi
distis in l.cum satis.de agri.& censit.& in l.si quis decu.de de-
cur.& in auth.vt de cætero commu.eccl.rerũ §.nunc autem.
a No.tñ gl.quæ alleg.omnes leges de hac materia loquentes.*a*
a ADDIT. ¶Alex. Vide Ang.in auth.vt de cætero,commutatio. qui dicit,
quod hoc casu currit pręscriptio 100.an.per illũ tex.& adde Ang.ĩ aut.vt
eccl. Romana, vbi quærit,an pactum fieri possit, quod non currat aliqua
præscriptio.& idem,vt de cętero commu.vbi ponit,an possit fieri per sta
tutum.Et vide quod scripsi post Bar.in l.sequitur §.si viam.ff.de vsucap.&
adde quod sicut non currit præscriptio contra instrumenta dotalia, ita
non currit contra instrumenta finis dotis.Ang.in l.exigere dotem. ff.de iu
di.& ita dicit pluries obtinuisse.

¶De pascuis publicis,vel priuatis. Rub.

LEX I.

1 *Pactum initum per officiales deputatos ad venditionem gabellarum cum emptoribus ipsarum,quòd sit nullum,si est factum cõtra solitum modum vendendi.*

CVM NVLLA. Hæc lex dicit,quod si aliquis con
duxerit pascua publica,vel etiam principis,pro cer
ta annua pensione apposito pacto, quod ibidem
possint depasci publica animalia,seu Principis, qđ
si postea talis conductor vult soluere maiorem pensionem,
ad hoc vt dicta animalia ibi depasci non possint,quod nõ po
1 test,nec hoc dẽt isti permitti.h.d.†Et not.arg.ex fi.huius l.qa
si officiales deputantur ad vendendum gabellas cões, quod
omne pactum initum per istos officiales cum emptorib. ga-
bellarum ꝯ solitum modũ vendendi est nullum,qa intelligit̃
a eis concessa potestas,vt vendant more solito,& non aliter.[a]
a ADDIT.¶Alex.Tempus solitum,vel non solitum hic positum, aliter intel
ligitur.vide Bar.in l.Mæla.§.1.de ali.& cib.leg.& in l.fi,quo,& quan.iu.vbi
dixit quod refertur ad actum proxime præcedentem. vide quod in simili
dixit gl.l.3.s̃.de epis.aud.quæ loquitur in verb,consueto.quod verbum re-
fertur ad duas vices.Alb.& Bal.secus vero in ver.solito,quod verificatur
in prima vice,vt dixi per dictum Bar.d.l.1.quod sequitur Fulg.in auth.sed
nouo iure.s̃.de ser.fug.vbi dicit pro hac esse casum in l,Mæla.ver.sed ali-
menta,licet in contrarium videatur facere tex.in l.filium.de leg.2.sed dic
quod illud prouenit ibi ex voluntate testatoris: & illud quod dicitur con
suetum,probat per binum actum induci,est verum in consuetudine homi
nis,non mulieris,quia mulieres non possunt facere,nec inducere consue-
tudinem.dictum Bar.vbi tex.s̃.de legi.

LEX II.

1 *Milites Imperatoris possunt petere à Tuscis,vt eis assignentur prata,in quibus possint eorum equos pascere.*

INSIGNIIS. Hic mandat Imperator magistro militum, vt
animalia militum non dimittat pascere in publicis pratis, qđ
si non curauerit obseruare vna cum eius officialibus, in 12.li-
bris auri punietur. q̃ pœna ponit̃ ẽt deuastantib. prata priua-
torum.dicit tñ,quod prouinciales debent prouidere, in quo
loco animalia militum sine damno prouincialium depascan-
tur.h.d.Et no.l.ꝯ deuastantes prata publica.& est hæc lex vti-
1 lis pro †militib.Imperatoris descendentib.ad partes Tusciæ,
vt possint petere à Tuscis,vt assignentur eis prata, in qb.pos-
a sint eorum equos pascere.*a*Not.istum tex.milites deuastãtes
prata. sed quid si Capitaneus reseruat damnum datum à mili
tib.suis damnum passo, an poterit ei cõputare in suo salario?
dic ꝙ non,iuxta not.per gl.l.ex maleficiis.§.is quoque.de act.
& obli.& in l. 1.§.plures.de eo per quem fac.erit. Sed quid si
non sunt prata, sed frumenta in herbis deuastata, possit hac
pœna agi ac si deuastata prata essent.

a ADDIT. Alex.¶Pascere.Ego ex dictis Bart.in l.certe.ff.arb.fur.cæsa.colli-
go quod non: nam dicit, quod damnum debet æstimari quantum possit
vendi,dubius euentus illius frumenti,quod pasculatum est,arg.l.propter
spem.ff.fam.erc.ita dicit do.Iac.de Are.
Adde do.Mar.de Lau.in tract.de prin.tit.de mili.concl.14.& not.do.Mar.
de Lau.in concl.13.

LEX III.

1 *Milites non possunt cum eorũ equis stare in pascuis publicis,vel priuatis.*

PRATA. Prouincialium prata nõ debent fatigari molestia
1 militum Principis.h.d.Sic facit hęc lex contra†stipendiarios
communis Perusij,quod non possint stare cum eorum equis
in pascuis publicis,vel priuatis.

¶De fundis patrimonialibus,& saltuensibus,&emphyteuticis,& eorum conductoribus. Rub.

LEX I.

1 *Emphyteuta ecclesiæ, vel priuati,possunt domino irrequisito,rem emphyteuticam donare,non tamen vendere.*
2 *Conducens rem à fisco in perpetuum,tenet locum domini,& vendere põt.*

SI QVIS. Accipiens fundum fiscalem in emphy-
teusim perpetuam, ipsum donare põt,etiam irre-
quisito fisco.h.d.Sicut autem donare,ita vendere
possunt,quia tales emphyteutæ tenent locum do
1 minorum.†sed secus in emphyteuticis ecclesiarũ, vel priua-
torum,quia licet possint donare fundos dño irrequisito,non
tamen vendere,vt l.fi.s̃.de iure emph.Et ita tenet hic glo. pe.
2 ¶†Vltimò scias,ꝙ ille,qui conduxit à fisco in perpetuum,te
a net locum dñi,& ideo potest vendere,vt no.gl.in rub.s̃.eo.*a*

ADDITIO.

¶Pro concordia aduerte,quod Bar.in l.fi.C.de iu.emph. & in l.si domus.
§.fi.ff.de leg.1.tenet quod donari, vel legari non potest res emphyteutica
sine consensu domini,sed contrarius alleg.in hac l.1.de fun.pa.&l.in con-
uentionib.ff.de ver.sig.tu dic si bene cõsideretur Bar.vbique soluit, quod
prima opi.procedit in emphyteusi priuata.Rationem reddit, quia tunc ni
mis grauaretur dominus,quia esset opus quod dominus ageret rei vendi
catione contra possessorem,cum nullam obligationem personalem habe
ret,cum nullus sit initus contractus inter dominum,& possessorem:sed in
casu huius l.1.est speciale.& Bartol.vbique,si videatur,dat istam sol. quia
tunc in isto casu cessat ratio prædicta in hoc casu singulari, & inepte al-
legatur in d.l.in conuentionalibus.
a ¶Limita,vt in l.fi.s̃.de iure emphy.& ibi Bar.in l.si domus. §.fi.de leg.1.&
adde c.potuit.de loc.Quid in concessione vsusfructus,an possit alij con-
cedi sine consensu domini?Bal.in d,l.fi.s̃,de iure emph,alleg.tex.quod sic,
l.1.§.item in fundo,quib.mod.vsusfr.amit.facit, quia etiam ibi non loqui-
tur,an possit facere sine consensu domini emphyteuta, puto contrarium
verius per regulam l.fi.s̃.de reb.ec.non al. vbi prohibita alienatione pro-
hibentur & vsusfructus constitui.

LEX II.

1 *Minori non soluenti vectigalia Principi pro eius fundo patrimoniali, non currit præscriptio.*
2 *Minor non soluens vectigal in ciuitate Florentiæ non incurrit pœnam.*

PATRIMONIALIS. Si pro re patrimoniali emphyteutica
ria,tempore debito soluta pensio non probatur,minori ipso
iure non infertur damnum vel pœna, sed tutori, & curatori
1 in solutione cessantib.h.d.†Nec est ꝯ ff.de mino.l.si ex cã.§.si
in commissum.& ff.de pub.l.Imperatores.§.fi.ibi,minori cur
rit tempus. sed põt restitui, qa illæ leges loquũtur qñ minor
debet soluere vectigal fisco:hic qñ Principi, ex eo quod præ-
dium erat Principis, licet aliàs omne priuilegium, qđ dat̃ fis-
co est Principis, & Augustæ solent habere, vt not. s̃. de iure
fisc.in rub. ¶Item non ob.s̃.de fide instrum.& iure hast.fis.l.
quicunq;.vbi res incidit in commissum,& non restituitur,qa
ibi similiter erat fisci, & venditio rei minoris erat facta, hic
cũ debitum erat Principis,& res minoris non erat districta,vt
2 hic tenet gl.¶†Per hoc patet,ꝙ cùm omnia vectigalia com-
munis Florent. ex commissione Principis sint licita, quòd si
minor cessauerit soluere vectigal,quod dicitur Pr̃cipis,mul-
to magis non incidit in pœnam,sicuti non incidit in pœnam
non soluendo vectigal, quod debetur ipsi ciuitati, & hoc est

verum, nisi ciuitas super hoc legem propriam haberet, quia tunc minori curreret præscriptio statutaria, licet posset restitui, vt patet in c. constitutus. de in integ. resti.a

a ADDIT. Alex. ¶In integ. rest. Adde Bar. l. Imperatores, ff. de publi. Et in ea. in fi. sicut per rescriptum non potest auferri directum dominium, ita nec vtile. Pro hoc est tex. ibi, & Bald. c. 1. de na. feu. & c. 1. de noua for. fidel. Sed dubium in hoc facit, quia licet Princeps non possit tollere dñium de iure gentium, tñ qđ est introductum de iure ciuili, pôt ét sine causa, vt no. Bal. l. rescripta, ꝰ. de precib. Imper. offer. per Paul. de Cast. ibi, & alle. ibi, ĩ rub. ff. si cer. pet. in fi sed dñium vtile videẽ huiusmodi, s. de iure ciui. quia istæ duæ sine dubio sunt inductæ de iure ciuili, s. emphyteusis, & vsusfructus, vt ĩ l. 2. ĩ prin. ꝰ. đ iure emphy. Sed resp. qđ licet forma, & noĩa sint inducta đ iure ciuili, tñ traditio q̃ fit, q̃ est actus iuris gentium, conseruat sibi effectus directi dominij, & ita declarauit Bar. ad alium fi. in extrauag. quoniã nuper. in ver. rebellandi. in ver. item quæro, quid de dominio bonorum.

LEX III.

1 *Emphyteuta, an propter sterilitatem petat remissionem canonis.*

2 *Res emphyteutica, non potest ab emphyteuta euelli, licet alius offerat meliorem conditionem.*

3 *Dominium vtile mihi sine causa auferri non potest, sicut nec directum.*

QVICVNQVE POSSESSIONES. Emphyteuta ob sterilitatem potest remissionem mercedis impetrare, & rescriptum in ꝯrium impetratum per obreptionem, non valet. ¶Itẽ fundus fiscalis concessus in emphyteusim perpetuam ab emphyteuta non pôt euelli, licet alius offerat meliorem contitionẽ.
2 ueniri corā eis pro hac cā tm̄, qd̄ no. †qa ſm̄ hunc intellectū
eſt caſus hui⁹ q̃nis. Dicit ſtatutū, ꝙ hoſpitale miſericordiæ non poſſit agere, nec cōueniri niſi ſub iudice portæ S. Petri. Aliud ſtatutum dicit, ꝙ iudex portæ eburneæ ſolum habeat cognitionē à 10. libris. j̃. Modo q̃ro an hoſpitale poterit agere coram iudice portæ eburneæ ꝓ caſu à 10. libris. j̃. & hic eſt tex. qd̄ ſic, & illud ſtatutū diſponēs, ꝙ hoſpitale dēat agere, vel conueniri corā iudice S. Pet. habet locū in aliis cauſis, quarū cognitio non eſt ſpāl̃r aliis iudicib. demandata ꝑ formam le-
b gis vel ſtatuti. [b]¶ In gl. ſuper verbo, ex depoſitione. ibi, nota-
3 rius. Iſtā gl. nota, qd̄ †ſi aliquis vadat corā iudice, & dicit no
tario actorū, ſcribe ꝙ ego peto à Titio decē, & ipſum peto mihi ꝯdemnari in eis, ꝙ nō dr̃ ꝑ hāc literā in ſcriptis libellū offerre, licet notari⁹ hoc ſcribat, nec vr̃ ꝓcedere ordinario modo. ſed potius extra ordinē, ꝙ no. qa tibi poſſet cōtingere de fa-
c cto. [c]Itē no. ex iſta gl. † qd̄ cū ꝓceditur extra ordinem, iudex
4 nō pōt accipere ſportulas. [d]¶ †Item no. ex gl. in verbo ſentē
d tentia. ꝙ citatio appellatꝫ ſnīa interlocutoria. [e] Et hoc ēt pro-
5 bat tex. in prin. huius legis ibi, libellos ex ſnīa &c. Et hæc ſnīa
e dari poteſt parte abſente, vt l. ſed & interpellatꝫ. §. 1. ff. de arb.
6 Pro quo facit, qd̄ no. inn. extra de ꝓc. c. auditis. ¶ †Itē not. ex
hac eadē gl. ꝙ qs pōt citari per epiſtolā, & ita de ꝯſuetudine
7 obſeruatur. ꝯcor. d. l. ſed & interpellatur. ¶ †Vltimò nota ex
ver. quoniam æqualitatem in iudiciis obſeruandam, concor. l. fi. s̃. de fruc. & li. expen. & l. ꝓuidendum. s̃. de poſtul. & j̃. de
8 re mili. l. fi. cū ſi. hic alleg. in gl. †Et ideo priuilegium vni cō-
ceſſum circa præſtationem ſportularum ad alium extenditur, vt hic, & eodem modo in dilatione, vt l. petendæ. s̃. de in integ. reſt.

a ADD. Alex. ¶ Itē adde aliū caſum, puta in omnib. caſi. in quib. agitur extra ordinarie, vt hic. Idem vbi iudicis officium imploratur ſecundum, in l. fi. s̃. de fruc. & litiū expen. Idē in cauſis ſummariis, & miſerabilium perſonarum, ſm̄ Bal. in l. gn̄aliter. de epiſ. & cle. Idē in pauperib⁹, q nec ſportulas, nec expēſas ſoluūt. no. gl. c. ab omni. de vi. & ho. cle. c. ſtatutū §. prouiſurus. de reſcr. in 6. & in auth. de mand. prin. §. ſi quoque tibi. Idē in clericis cōuētis ꝓ bonis eccleſiæ, q ī nō ſoluūt ſportulas. tex. eſt & ibi no. Bar. in l. licet de epi. & cle. Itē in c. poſt principiū, & ibi, corā delegato, vel arbitro. Adde Bal. tenētē cōtrariū, ꝙ arbiter n̄ recipit ſportulas, in auth. generaliter. §. fi. de epiſ. & cle. Idē Bar. in l. fi. de pri. agen. in rebus. Adde l. fi. & ibi Bar. s̃. de iudiciis, & Are. idē tenet in §. tripli. inſt. de act. vbi alle. ſpe. in ti. de arbitro. ad finē, ver. ſed nūquid arbiter. ¶ Itē in ver. ibi maiorē. in verbo, ſtatutū d̃t vide ꝑ Bal. in l. vnica. §. ne aūt. de caducis toll. Facit, qd̄ no. Bal. & imo. in l. Titiæ textores. in fi. de leg. 1. & Bar. in l. 1. de of. præfecti vrbis, & in l. quoties. §. per contrarium. ff. de admi. Adde tex. in l. ne quicquam, in prin. de of. proconſ. Bar. in extrauaganti, in verbo, non obſtantibus. Are. in d. l. Titiæ. & in l. quod in rerum. de leg. 1.

b Alex. Bal. expreſſe videtꝫ tenere cōtrariū in l. executorē. de exe. rei iud. De quo vide q̃ dixit Bar. in l. 1. s̃. de of. præfec. vrb. in l. 2. in prin. de ver. ob. cōtra Bar. hoc etiā tenet Lud. in l. 1. in §. 1. de noui ope. nun. Et videtur tenere Imo. in l. Titiæ textores. de leg. 1. & ꝙ ibi dixit Bal. in l. 1. §. vbi aūt, de cad. toll. Vide Bal. in l. qui poſthumus. ad fi. & in l. 1. in 3. quæſt. de of. proconſ. & Ang. in l. ſi vacantia. de bo. vacantibus, circa med. & in d. l. Titiæ, & Ang. in l. quod in rerū. §. ſi quis. de leg. 1. vide Bar. in conſ. ſuo 45. quod incipit, à domino Cyno, vbi loquitur quando ſunt duo ſtatuta punientia de falſitate, vnum generale, & aliud ſpeciale, quid iuris?

c Alex. Bal. in auth. offeratur. in fi. s̃. de lit. conte. & Ang. in l. 1. in prin. de edē. & ibi Bal. & Pau. de Caſt. De hoc etiam per Bal. in auth. offeratur. Et ſic ex hoc apparet, ꝙ ēt hodie oblatio libelli in ſcriptis eſt de ſubſtantia, etiam reo nō petente, qn̄ agitꝫ iudicio ordinario, Vide, ꝙ habetꝫ ꝑ doct. in c. 1. de libel. obla. gl. in cle. ſæpe in ver. neceſſario. de verb. ſig. ſpe. in ti. de libel. cōcep. §. nūc dicēdū, in prin. & per legiſtas in d. auth. offeratur. per Bal. in l. ne quicquā. §. de plano. de of. proconſ. & leg. Et cōis concluſio eſt, ꝙ ſi re⁹ nō petat offerri ſufficiat qualiſqualis petitio apud acta per notariū poſt. Adde tex. in c. præterea. de dila. ¶ Sed quid in criminalib. an requiratur libellus? gl. videtꝫ tenuiſſe, ꝙ nō, in l. ſi quis ſe. s̃. de accuſ. q̃ dixit quod quis poteſt verbotenus accuſare, & ibi eam ſequitur Bal. dicens, ꝙ non eſt neceſſe offerre libellū ī ſcriptis, ſed vide ibi latius per Sal. q tenuit ꝙ immo requiratur libell⁹. Pro quo eſt gl. in §. ſcim⁹. in auth. de exhib. reis, prꝫterquam in leuib⁹ l. leuia, de accuſ. ¶ Nec ob. d. l. ſi quis ſe, quia ibi procedebatur ad querelā, quo caſu nō requiritꝫ libell⁹ dari in ſcriptis c. qa præſulatus. 3. q. 4. Caſus aūt vbi hodie libell⁹ non requiritꝫ in ſcriptis offerri, vide per ſpe. in d. §. nūc dicēdū. in pꝛī & per doc. in ca. 1. de libel. ob. Quid in exceptione rei, an ſit in ſcriptis danda, cū dicatꝫ rei libell⁹, vide Bar. tenentem ꝙ ſic, in l. 1. de excep. Quid qn̄ imploratꝫ iudicis officiū, an debeat dari libell⁹. vide Bar. in l. de ſubmerſis, & cum Bar. tranſit Ro. in l. 1. de arbi.

d Alex. ¶ Et de hoc dic, vt no. per Bal. in l. generaliter s̃. de epiſc. & cle. quod in cauſis ſummariis non ſoluuntur ſportulæ. Et ad hoc adde Bal. in l. fi. s̃. de fruc. & lit. expen.

e Interlocutoria. Adde qd̄ citatio hēt duo extrema. ſ. interlocutoriā de citādo. i. cōmiſſionē. & ꝑ ipſam citationē. i. actū nūcij, & relationē, Bar. in l. 1. §. nūciatio. ver. quærit Iac. de Are. ff. de oper. noui nūc. & Io. And. in c. Ro. de foro compe. & fel. in c. gratum, de of. deleg. Old. in conſilio 98.

LEX XIII.

1 *Statutum reducens officiales ad minorem numerum, non præiudicat electis tempore conditi ſtatuti.*
2 *Capitaneus poteſt ſimul, & ſemel aliquem deputare ad officium iudicis maleficiorum, & ad officium notariatus.*
3 *Quis ad duo officia penitus diuerſa deputari non poteſt.*
Iudex, qui ſcripſit omnia acta coram ſe facta, ex ipſis pronunciare poteſt, & ſententia valet.
4 *Subrogatus loco alterius, ſuccedit in ordinem ſubrogati.*

COMPERIMVS. Hic ponitur qūo adiutores ſcriniorū, q appellātur adiutores q̃ſtoris, ex iuris diſpoſitione nō poterāt eſſe niſi 12. in ſcrinio ſacræ memoriæ, hoc eſt in ſcrinio regiſtri: in ſcriniis vero ſacrarū epiſtolarū, & libellorū cōuentionaliū, q̃ ſunt ſcrinia inferiora ſolū 7. coadiutores ſcriniorum dictorum eſſe poterāt. Poſtea propter importunitatem quorundam, talis numerus diſturbatus fuit, & multi ſuperadditi fuerūt. Et ideo ſtatuit Imperator, ꝙ nō faciēdo præiudicium illis, qui nūc ſunt, ꝙ nulli alij poſſint eligi in hoc numero coadiutorū durāte numero s̃. dicto, qui per legem ſtatutus fuerat. ¶ Secundò dicit, ꝙ ſi aliqs de dictis coadiutorib. ad latrūculenſe officiū fuerit vocatus, aut ēt fuerit dimiſſus in numero ſcrinariorū, cū primo eſſet coadiutor, ꝙ pōt in locū ſui alium ſubrogare, dū tn̄ libellū offerat vni viro illuſtri ſignificando perſonā illius quē ſubrogari vult, & tēpus, & dictus ſubrogandus ordinari debet ꝓ tāto tpe, pro quanto libell⁹ fuit porrect⁹ illuſtri. ¶ Tertiò d̃t, qd̄ adiutor, q aliū ſubrogari in ſuum locū petit, ſi erat prior in ordine adiutor, & ſil̃r ſubrogatus erit prior, licet ille ſubrogat⁹ fuerit de numero memorabiliū inferioris ordinis. ¶ Quarto d̃t, ꝙ hoc in aliis officiis obſeruatur. h. d. vſque ad fi. ¶ In tex. ibi, modo vt examinen-
1 tur. †Nota ex hac litera, ꝙ ſi ꝑ formā alicuius ſtatuti, numer⁹
officialiū reducitꝫ ad minorē numerū, puta cū eēnt decē, reducitꝫ ad numerū quinq;, ꝙ talis reductio nullū generat præiudicium in illis officialib. q erant electi tempore reductiōis. præiudicabit ergo tm̄ nouæ electioni officiorū. ¶ In tex. qui

2 prior in adiutoribus.¶†Not.hic,quòd ille q erat scriniarius,
si fuit electus coadiutor scriniariorũ,pôt ambob.istis officiis
fungi.Et sic est optimũ ar.ꝙ capitaneus possit simul, & semel
deputare aliũ ad officiũ iudicis maleficiorũ,& ad officiũ notariatꝰ.Nec ob.ꝙ qs nõ pt fungi duplici offõ,vt s.e.l.hac pte.
qa hoc est verũ,cũ officia sint ptinꝰ diuersa:secꝰ qñ officia nõ
erãt diuersa,sed circa idẽ tendebãt. Pro quo vide ꝙ dixi s.de
sacrosan.ec.l.iubemus.§.sane.&hoc fuit hic de mẽte gl.super
3 ver.meruit.¶†Et sic facit,ꝙ si iudex,q erat tabellioa, scripsit
a oĩa acta corã se fcã,qđ ex ipsis pronunciare potest,& sententia lata valet,nec impeditur hic fungi duplici officio,qa circa
idem tendũt.Pro quo facit j. qui mi.non poss. l. his quidem.
4 & extra,de cõsue.c.2.de præb.c.cum singula.li.6.¶†Vltimò
no.quòd subrogatus in locum alterius,succedit in ordinem,
b quem tenebat ille,in cuius locum subrogatio facta est.[b]

a ADDIT. Iudex q erat tabellio.vide gl.& Sal.in l.iubemus.§.his quoque.
s.de sacrosan.ecc.Alb,de Ros.in l.& si cum.ff.de euict.

b Ale.¶Vide q dixi s.de iure fisci.l.2.iuxta fi.Adde ẽt, quod no.Bar.in l.iube
mus.§.sane.el j.de sacrosan.ec.in ver.venio ad tertiã partẽ,qđ not. Bar.in
l.ex snĩa.ff.de test.tut.vbi dicit, an Notarius possit esse rogatus de commissione sibi fcã à iudice, & adde q dixit Bar.in sua disputatione, iudex
maleficiorum, Sed an qñ põt esse iudex,& notarius, dẽat hr̃e salariũ duplicatũ, vide do.Pau.de Ca.in l. q duob.de cond.& dem. & ibi vide Bal.
dicentẽ de collaterali exercente suum officiũ,&officium alterius,an debeat habere salarium duplicatum, & Bal.in j.consti. s.in §. iõque.& vide
quod no.Ange.de duobus officiis vnius,an debeat vnum salariũ,in auth.
vt determi.sit nu.cle.& in auth.vt iud.sine quo.suff.an quis possit officio
plurĩũ fungi, vide Iac.de Bel.in d.§.ideoque.p Bar.in l.2.de stip.seruorũ.
& in l.fi.de collegiis illici. ver.q̃ro,an quis possit in duobus vbi ponit,an
quis possit esse de diuersis collegiis. de quo s.de colleg. catho.li.11.& de
materia in c.qa pp.de ele.per Inn.& Bal.in auth. nisi breuiores. supra,de
sent.Bal.post Iac.de Are.in d.l.q duob. per illum text. & in l.binos.supra,
de aduo.diuer.iu.& in l.si ad scribatũ.s.đ appel. & Io.An,in c.cũ olim.de
re iu.& tex.in l.duorũ.de ope.pub.An gerẽs officium alterius, vel subrogatus gaudeat eisdem priuilegiis,quib.ille qui eum subrogauit,& quam
potestatem habeat,vide Bar.in l.filius.ff.de leg.& in l.1.§.hi quib.de leg.3.

LEX XIIII.

1 *Qui agit contra aliquem sine scriptis satis est si nudo verbo exprimat nomen suum.*
2 *Miles licentiatus à ciuitate Perusij, vt iret in Alemaniam, debet habere stipendium pro tempore,quo stetit absens cum licentia.*
3 *Clericus q de licẽtia Papę stetit absẽs,dẽt habere p̃bẽdã,p tẽpore absẽtię.*

HAC LEGE. Adiutores cùm conueniuntur sine scriptis,
eorum nomen voce sola sufficiat demonstrari, als in scriptis
tam in actis,q̃ in snĩa demonstrandum est.Itẽ si adiutores cõmeatu accepto se absentauerint,durãte absentiæ tpe integrũ
dñt hr̃e salariũ,sicut si pñtes essent.Itẽ nullus in locũ vacãtis
coadiutoris dẽt institui,quousq; plenus est numerus p l.statu
1 tus.h.d.¶Item tex. ibi,designatum.†No.cum agitur contra
aliquẽ sine scriptis,nudo verbo,nomẽ eius sufficit designari.
als in scriptis designãdum est:p quo facit l.libellorũ. s.de ac-
2 cus.& inscrip.In text.ibi,aut emolumentorum. ¶†Not.ꝙ si
ciuitas Perusij concessit alicui suo stipẽdiario licentiã,vt iret
in Alemaniam,vel vt iret ad bellãdum,& staret absens certo
tempore,quod toto illo tempore debet habere stipendium,
sicut si principaliter seruiret, & eo mõ si cõcederetur licẽtia
a potestati,vel capitaneo,vt hic.a ¶†Et hoc inducit gl.in arg.
3 ad quæstionem de clerico, qui toto tempore absentiæ debet
habere præbendam,si fuit absens de licentia Papæ.

a ADDIT. Adde Bal.in l.si ea. de cond. infer. & gl. in l.desertorem. §.si ad
diem.ff.de re mil.Ro.in litera S.not.30.Alex.

LEX XV.

1 *Statutum, quòd priores non possint per nullum casum fortuitum mutari, non poterit etiam eorum numerus augeri.*

CERTAE. Primo facit mẽtionem de lege circa adiutores.
Statuta,quę disponebant,quod nullus de numero adiutorũ,
q nunc sunt, diminui dẽat, licet sint vltra numerũ, vt s.eo.l.
cõperimus.nec esset alius subrogãdus,nisi adiutor subrogari
petens ad latrunculẽse offm,vel ad locum scđorũ scriniariorũ cõuolauerit.¶Scđo dicit,ꝙ subrogatus tenebit locũ vltimi adiutoris,si adiutor cui fuit subrogatꝰ,erat sir vltimꝰ, nõ
obstãte,ꝙ talis subrogatꝰ erat đ primo numero scriniariorũ.
¶Tertiò facit mentionẽ de quadã pragmatica sanctiõe, per
quã erat prouisum,vt nõ solũ in casib. pdictis,vbi adiutor vocabat ad latrũculẽse officiũ,vel ad offm scđorũ scriniariorũ,
sed ẽt vbi per casum fortuitũ impediebatur seruire, in sui locũ poterat subrogare aliũ. ¶Quarto corrigit hãc pragmaticã sanctionem statuens,qđ in prædictis duobus casib. tm̃ adiutor possit petere alium in suo loco subrogari. Quintò mãdat,quod 12.tãtum adiutores sint in scrinio sacræ memorię,
i. registri, septem verò in aliis duobus scriniis libellorum, &
1 epistolarum.¶Vltimò,†quod nullus vltra numerum possit
addi,ꝯfirmando certa capitula.h.d.vsq; in finẽ.In tex.ibi,cir.
fi.ibi,si mutatione.ẽ opt.ar.ꝙ si statutum dicit,ꝙ per nullum
casum fortuitum possint priores mutari,quod vigor eiusdẽ
statuti,intelr prohibitũ, ne possit numerꝰ priorũ augeri. Nã
ex quo ꝓhibita est mutatio,multo magis ꝓhibita ẽ additio.

¶De agentibus in rebus. Rub.

1 *Agentes in rebus qui sint.*
Qui præpositi agentium,& qui Principes agentium.

1 ¶Ad euidentiã†præmitte,quod agẽtes in rebus sunt illi, de
quib.fit mẽtio per gl.j.de curiosis.l.2.Præpositi agentium,de
quib.fit mẽtio j.ti.prox.sunt illi,qui præsunt dictis agẽtibus,
& Principes agentium,de quibus fit mentio j.tit. 2. sunt illi,
qui palmã laborum emeriti per lapsum 25. ann.per Principẽ
postea quieti traditi sunt,vt j.ti.2.l.j.& 4.

LEX I.

NVLLVS. Nullus de numero agentium in reb. locũ mortui per pecuniam potest inuadere,sed in locum eius,debet ille succedere,qui in gradu post eum erat proximus,& dignus
labore.h.d.

LEX II.

NVLLI. Agens in rebus,deponendus, vel eximendus de libro agentium non est per aliquẽ iudicem, ad cuius officium
non spectat cognitio contra eundem.h.d.

LEX III.

1 *Successor officialis mortui,quod debeat habere salarium totius temporis.*
2 *Subrogari,quòd non debeat alius loco officialis defuncti,donec hæres officialis mortui habet salarium.*
3 *Matricula registri officialium probat aliquem esse officialem,si ibidem scriptus reperitur.*
4 *Officialis non scriptus in libro officialium,non debet habere salarium,nec vtitur priuilegiis officialium.*

MATRICVLAM. Matricula agentiũ in reb. nõ debet esse,
nisi 48.quorum quilibet præest ducentis. Circitores debent
esse trecenti,& equites quadringenti quinquaginta. ¶Item
si quis de numero ducẽtorum decesserit,hæres eius ex testõ,
vel ab intestato totum salarium percipit, & per hoc nullus
alius in locũ eius subrogandus est per illud tps,quo defuncti
officium durare debet, ne duobus salariis Respublica fatigetur.Item nullus,qui non est scriptus in matricula prædictorũ
registrata in memorialib. Principis salarium, vel præmiũ ha-
1 bebit.h.d.In tex.ibi,eius fructum successores.†No.ꝙ officiali decedẽte,successor eius debet habere salarium totius tem-
2 poris,vt hic,& s.de dome.l.fi.In tex.ibi,qua causa. †Not.diligenter,quod vbicunq; hæres officialis mortui debet habere
salarium totius temporis,nunquã in locum officialis mortui
debet alius subrogari, ne Respublica duobus salariis fatige-
3 tur.In tex.ibi,diuali probatoria.¶†No.istum text. per quem
patet, quòd ad probãdum quem esse officialem communis,
probatur per matriculã registri, in qua registrata sunt omnia
4 nomina officialiũ.¶Secundò no.† hic casum expressum,qđ
si officialis non reperitur in originali registro, vbi registrantur omnia nomina officialiũ, ꝙ nõ debet habere salariũ,nec
potitur priuilegio. Tex est expressus in ꝯriũ in l.scriniarios.s.
de test.mil.vbi patet,ꝙ notarius militũ,licet sit in matricula,
nõ tamen ex hoc dicitur miles,& idẽ voluit Io. And. in tit.de
instr.edi.§.restat.ver.& scias.vbi dixit, ꝙ quis nõ probatur ta-
a bellio eo ipso,quòd sit descriptus in matricula notariorum.a

a ADDIT. Ale.Et idẽ dicit Bal.in l.si cum dies.§.si arbiter.ff.de arb.nec scho
laris,qui non intrat, quamuis sit in matricula,nisi sit professus, qui studet
in camera,nõ gaudet priuilegio scholaris.Fateor tñ,quod matricula con
stituit eum in quasi possessione, & facit præsumptionem, quod sit de tali
arte,& officio, quæ reficit onus probandi in aduersarium, arg.l.circa.de
prob.& ita dixit Bal.in d.l. scriniarios. Et quod in dubio præsumatur pro
matricula,est tex.& no.Bar.in l.pe.s.de aduo.diuer.iud.&ibi Bal.& Sal.in
l.3.de sent.ti.generali.Facit l.eos.de of.magist.mil.& idem Bal.in l. Barbarius.per l.ex eo,de test.mil.fac. not. per eum in l.ignorat. s.de accu. Rom.
in l.illa,de ver.ob.Et iura in cõtrariũ allegata dicũt, quod matricula nõ
facit aliquẽ notariũ,sed bñ facit præsumi,vt prędixi per prędicta,arg.eiꝰ,
qđ dicit de confessione extraiudiciali, quæ non inducit obligationẽ , sed
probationẽ,vt in l.publica.ff.depo. Vide ad prædicta d. Ant.in tit.de inst.
vbi distinguit,an fiat matricula de his,qui fuerunt facti notarij, an de his
qui fiunt,vt primo casu præsumatur notarius, secũdo probet eum notariũ,
& quanto tpe perdatur ius matriculæ,tu vide in d.l.ex eo.& in auth.habi
ta.per Bal.in tex.in l.fi.de adu.diu.iud.& Bar.in l.per hanc.e.tit.de quo per
Ang.in cons.vniuersitatis nostræ statutum.vbi dicit, ꝙ scholaris absentia
facit perdere ius matriculæ.s.de primice.&in l.3.de domest.& protect.Si
tamen redit,& velit matriculari, non dẽt iterũ soluere.allc.l.pe.s.de consul.& idem Bal.& Pau.de cast.in l.filio quem pater.ff.de lib.&post.& vide
etiam,quæ in materia no.Bar.in l.naturalium.§.ipsum,de acq.re.do.Item
adde,quod si quis iniuste fuit cancellatus de matricula, an perdat priuilegium?Vide per Bal.in d.l.scriniarios. & Io.And.in loco prealleg. Item,qđ
si quis est cancellatus de matricula, quia vult transire ad alium ordinem
scholarium,seu de vno capitaneo ad alium,an iterum gaudeat priuilegio
militum

militum, seu scholarium indicas quod sic, per text. in l. j. in fi. de bon. poss. ex testa. mil. Sed ille, qui non est descriptus in matricula, nõ gaudet priuilegio, vt in l. ex eo. & no. in d. l. eos.

LEX IIII.

1 *Statutum, quod scholaris nõ possit vexari, nisi coram rectore, intelligitur, tam ciuiliter quàm criminaliter.*

2 *Item donec degit in illa ciuitate ratione studij.*

EX EO. nullus de numero centenariorũ, vel ducentenariorũ in reb. agẽtium, morã ɔ̃hens in ciuit. Constantinop. conueniri põt corã alio, q̃ corã officiorum mag̃ro in causa ciuili, vel criminali, quo priuilegio nõ vtitᷣ, si extra illã ciuitatẽ degat,
1 vel deposito officio. h. h. ¶ † No. ex principio huius l. q̃ si statutum simpliciter dicit, q̃ scholaris non possit pulsari corã alio iudice, quàm coram Rectore, intelligitur non solum in cau-
a sa ciuili, sed etiam in criminali.[a] Nã si pro ciuili nõ potest coram alio, multo fortius pro criminali. ¶ Vltimò no. ex fi. q̃d si statutum dicit, q̃ scholaris non pulsetur coram alio, q̃ corã
2 Rectore, intelligitur † donec est in illa ciuitate, in qua degit ratione studij. Sed si extra ciuitatẽ degat, poterit corã iudice ordinario conueniri per hanc literam.

ADDITIO.

a In causa criminali. Adde istum & post eum Iaco. Rebuf. in l. si vacãtia. & ibi Ang. ver. ex his apparet. s. de bon. vac. lib. x. dixi post Coll. cap. quod clericis. nu. 3. extra, de foro compet.

¶ De præpositis agentium in rebus. Rub.

LEX I.

1 *Qui assumit duo officia, cum non possit habere nisi vnum, pro primo tantum debet habere salarium.*

2 *Duo officia quis habere non potest.*

3 *Seruire per substitutum quando quis possit.*

4 *Seruire qui vult per substitutum, debet seruire per homines eiusdem conditionis, cuius est ipse.*

AGENTES. Præpositi agentium in rebus sunt per ordinem faciendi de anno in annum, ad quod officium negotiatores, & procuratores alienarum possessionum, non possunt assumi, sed illi solum, quos laboris, vt sufficientes probat testimonium. Item Primicerij, & Tertiocerij scriniariorum ad hoc assumendi non sunt, quia duobus officiis deseruire non possunt: & si tale officium susceperint, non possunt habere Primiceriatus salarium, & si tale officium morbo, ætate, vel imperitia, vel alia causa adimplere non potest, potest seruire per substitutum eiusdem scrinij, chartularium moribus optimis præditum scientia, & peritia eruditum, & suo periculo, si tamen seruire volens multos ob Rempublicã sustinuit
1 labores. h. d. In tex. ibi, præter emolumenta. ¶ † Not. q̃ qñ quis assumit duo officia, & non potest habere, nisi vnum,
2 non põt habere salarium, nisi primi officij tãtũ. ¶ † Secundo no. ex hoc tex. quod duo officia quis simul subire nõ potest, vt hic, & s. ti. 2. l. hac parte. & ff. de ad opt. l. si consul. & hoc est verũ, quando sunt incompatibilia, vel vtrique quis deseruire ñ põt: secus si adinuicem se compatiantur, vel deseruire
a põt vtrique, vt dixi s. ti. 2. l. cõperimus.[a] In tex. ibi, per substi-
3 tutũ. ¶ † No. quem deseruire per substitutũ, quod est verum,
b nisi ad officiũ requirat industria personæ.[b] Cõcord. de adminiſtr. tuto. l. de creto. ff. ad municip. l. qd ergo. s. de peri. nomi. l. fin. cum sim. hic alleg. in gl. ¶ Quod est verũ, quando volẽs per substitutũ
4 seruire multũ in aliis laborauit, p hanc literã. quod no. ¶ † Itẽ no. q̃ volens seruire per substitutũ, semper dẽt seruire per homine eiusdẽ conditionis, vt hic. dũ dicit, chartulariũ eiusdem scrinij, &c. Si ergo Doctor vult seruire p substitutũ dẽt seruire per Doctorẽ nõ per scholarẽ, licet sufficientẽ. ¶ Itẽ si miles vult seruire p substitutũ, dẽt seruire per aliũ militẽ, ñ p domicellũ. & semp substitut⁹ dẽt eẽ morib. pdit⁹ & scĩa, et pitia erudit⁹. Doctor, q vult seruire p substitutũ, dẽt seruire p doctorẽ
c morib. & scĩa idoneũ, nõ aũt p scholarẽ quãtũcũq; sufficiẽtẽ.[c]

ADDIT. Pro saluãdo Bar. in hac l. j. vid cõcordiã positã ad l. iubem⁹ j. d̃ ero. mil. ann.

a Alex. De hac q. dixi s. adde Pet. de Anch. in rub. extra, de offic. dele. vbi quæritur vtrum deputatus ad vnum officium pro certo tpe, intra illud possit ad aliud eligi, & concludunt in effectu, quod nõ, posito q̃d statutũ diceret, quod elect⁹ ad certũ officiũ, ad certũ tps intra illud eligi nõ possit ad aliud, quod refeiũt scribẽtes in l. 4. in prin. de iur. om. iud. quod intellige verũ, si eligit ad aliud officiũ incõpassibile, vt hic videt sentire Bar. secus si eẽt tale officiũ, quod aliud nõ impediret, vt puta, quia electus esset ad scribẽdũ p scripturã, nõ videt impediri aliud officiũ exercere, ita no. Ro. in no. 225. in l. duorũ. de oper. lib. facit c. suscepim⁹. de hære.

b ¶ Persona. Adde Fel. in c. fi. de off. dele. & an & quando videat electa industria personæ, vide p eũ i ca. licet ex quadã. ver. & ratio prædictorũ est. de testam. & nunq̃d vbi est electa industria personæ, quis per filiũ seruire possit, vide per eum in capit. afferte. de præsumptio.

c Alex. Sed q̃d in iudice, qui vult se absentare. & dic q̃ idẽ, Ang. in auth. de adminiſtr. per gl. vbi voluit. Bal. in l. parabolani. de epis. & cler. dixit, q̃ dẽt esse talis substitut⁹, qui ad illud officiũ possit eligi. Et sñ eũ potestas ciuitatis non põt eligere ciuẽ in substitutũ, vel locũ tenentẽ, q̃a ciuis nõ posset eẽ ptãs ex forma statuti. faciũt not. per Bart. i l. nemo est. de duob⁹ reis, & per Bal. in l. j. §. ne autẽ. de cad. tollen. Sed immo vr̃ dicendũ, q̃ nõ posset seruire, per substitutũ, eo quia vr̃ electa industria personæ, p Bal. in c. j. §. militũ. in col. x. episcopũ, vel abba. vbi dixit q̃d vbi aliq̃d dẽt fieri pri. semper vr̃, electa industria personæ, nec potest seruire per substitutũ, facit tex. v. q. 3. cap. i criminali. vbi dr̃, q̃d qñ diceret, q̃ act⁹ fieret per manus pprias, vel per se nõ potest fieri per substitutũ. dicto §. ne autẽ. versi. in omnib⁹. gl. est sing. in clem. de vit. & honest. cler. quã alleg. do. Card. in clemen. j. de iureiuran. facit quod no. Bal. in. c. j. §. furtũ. de pace iuramẽ. firman. & Dominic⁹ i cap. fi. q. s viduã. in eo. ti. Et ideo Bar. in l. per hanc. de erog. mil. ann. dicit, q̃ si dicat, q̃d annona manu ppria capiatur per stipẽdiarios, nõ potest q. s capere stipendiũ suũ per substitutũ, bene facit tex. in l. pbatorias. ibi, manu principis. s. de diuer. offi. & ibi Bar. etiã de eo, qui alienauit mutandi iudicij in potentiorẽ, nõ rõe officij, quia tunc tãtum per se litigare, nõ autẽ poterit per substitutũ. text. est l. si miles. ff. de alie. iud. mu. cau. fac. Sed hic in oĩbus rñde, q̃ per alia verba loquuntur, quam in casu, de quo hic per Bar. vel potest clara dari responsio. prout apparet ex verbis Bal. in d. l. parabolani. Et in materia etiam adde q̃ not. Bar. in l. 2. de cond. in publ. horreis. & bon. tex. & ibi Bar. i l. si nullus. s. de decur. & l. neminẽ. eo. tit. & in d. c. extirpãdæ. in §. quia vero. in ver. & faciunt ista, &c. Et adde q̃ in casibus, in quib. dr̃ pter electionẽ industriæ personæ actum nõ posse fieri per substitutũ, vr̃ pcedere, nisi superueniat aliqua dignitas principalis, quia tunc posset per substitutum. casus in l. quisquis. de episc. & cler. & dicit ibi Bal. post Iacob. But. q̃ si scriptor, q. pmisit scribere librũ, & cuius ĩdustria videtur electa, efficiat rector studij, q̃ poterit scribere p substitutũ. Et adde, q̃ vbicũq; pmitto per me, & hæredẽ meũ aliq̃d facere, puta domũ ædificare, possum facere per substitutũ, quia appositio hr̃dis, facit ne videat electa industria personæ. Bal. post Cy. in l. quisquis. palleg. cũ industria ad hæredẽ nõ transeat, vt ẽ tex. no. i l. cui bonis. de cur. fur. & ibi gl. q̃ no. de quo dicto facit festũ Pe. de Anc. in c. fi a subdelegato. de offi. delega. in 6. Quid aũt si cõmittit aliq̃d cõscietiæ alicuius, an possit fieri p substitutũ. gl. est sing. i l. sicuti. de arb. quæ dicit, q̃d nõ. Bal. i l. & i epistola. s. de fideicõ. Et adde q̃d i oĩbus casibus i q̃b. ẽ electa ĩdustria psonæ, ñ põt actus fieri p substitutũ. intelligit, nisi actũ faceret p sibi similẽ. i. æquæ idoneũ. vt in no. 85. in litera L. Ro. Et an vasall⁹ possit seruire p substitutũ vbi alias ñ posset. Arch. q̃d sic c. eps. 88. dist. & i c. gñaliter. 16. q. 1. & refert, & sequit Ang. i l. oium. d̃ vsu fr. p gl. ibi. faciũt no. p Cy. i l. ad similitutinẽ. d̃ epis. & cle. & vid p Bar. i ma. d̃ nauiculariis, & ibi aliquid dixi.

LEX II.

1 *Fideiussorem non dicitur dare, qui dat in fideiussorem priuilegiatum.*

2 *Priuilegiũ, quod de nouo inducitur, nõ tollit alia priuilegia peteri indulta.*

HAC SALVBERRIMA. Agẽtes in reb. & eorũ vxores serui, & liberti in modũ sportularũ soluendo, siue agant, siue cõueniant, illud priuilegiũ sortiũtur, q̃ scriniarij, de quib. dictũ est s. tit. 2. l. in sacris. nec cogitur cõuentus dare fideiussorẽ extraneũ de iudicio sisti, solũ de numero in reb. agentiũ, & per hoc priuilegiũ nõ tolluntur alia priuilegia eis cõcessa. h.
1 d. † Et no. quòd licet nõ videat dare fideiussorẽ, qui dat fideiussorẽ priuilegiatũ, vt l. de dic. §. qui mulierẽ ff. qui satis. cog. & l. j. ff. si quis in ius voc. nõ ier. tñ fallit in agentib. in reb. qui
2 dare poterunt priuilegiatũ. s. vnum de numero suo. ¶ † Vltimò no. ex ver. cũ per absurdũ. casum expressum, quod nunq̃ per concessionẽ noui priuilegij intelliguntur tolli alia priuilegia eidẽ indulta, qm̃ non debent operari diminutionẽ inducta ad augmentũ. Qualiter autẽ soluantur istæ sportulæ, habes s. tit. 2. l. in sacris.

¶ De principibus agentium in rebus. Rub.

LEX I.

AGENTES. Finito labore agentiũ in rebus, agens princeps agentiũ est creãdus, nec potest ad aliquas publicas, vel priuatas functiones vocari, nisi de Principis scientia: nec vexari põt corã alio iudice, nisi corã Principe, nec patronus causarũ põt ignorante Principe contra eum aliquid postulare. & cõtrafaciẽtes pœna decẽ librarum auri puniuntur. h. d. ista ex l.

LEX II.

OMNIA. Omnes agentes in reb. sunt corã Principe conueniendi, & si senatoria dignitate pfulgeãt, actus vero qui sunt soliti expediri per cœtum senatus, expedientur per ipsum, aliquo rescripto surreptitio non obstante. h. d.

LEX III.

PROCONSVLARIS. Princeps agentium in rebus, decoratur dignitate proconsulari. h. d.

LEX IIII.

1 *Qui valetudine corporis officium implere non potuit, vtitur priuilegio illius officij, ac si officium impleuisset.*

2 *Officium decurionũ non potest continuari sed domesticorũ decurionum sic.*

a EX AGENTIBVS.[a] Principes agẽtiũ in reb. pñt habere domesticos, quorũ industriã, & fidẽ putant esse cõprobatã, licet illi domestici eodẽ officio sæpe functi fuerint, & si dicto officio per xxv. annos seruire nõ poterunt corporis valetudine impediti, & ob hoc ad honorariã dignitatẽ Principis benefi cio tran

cio transmigrauerint, iisdem priuilegiis beneficij potientur,
1 quibus factus princeps agentium.h.d. ¶†No.ex hac l.quod q corporis valetudine officiũ adimplere nõ potuit,&ab hoc ad aliud officiũ aspirauerit,ꝗnihilominus fungit̃ priuilegiis,
2 q̃ ꝯpetunt illis,q officiũ perfecerunt. ¶†Vltimò no.qđ licet officiũ decurionũ nõ possit,nec debeat cõtinuari,tamen officiũ domesticorum decurionum potest continuari. Vnde qui fuit familiaris vnius decurionis,potest finito officio esse familiaris eius successoris.quod no.
a ADD.Alex Adde Rom,in l.pe.no.16.vbi alleg.istum tex.

LEX V.

EOS. Vicarianæ dignitatis titulis honorat̃, q princeps agentium in rebus,aut magister officiorum est effectus.h.d.

LEX VI.

PRINCEPS. princeps agentium in rebus cingulo comitiuæ,primi ordinis fungitur.Bar.

LEX VII.

QVICVNQVE. militans in schola agentium , si fuerit de corpore cohortalium licet princeps agentium in reb. factus sit,filium curiæ obligatum relinquet , sed si susceperit postquam princeps factus fuerit,liber erit à curia.h.d.

LEX VIII.

1 *Possidens immobilia in loco,vbi iudicium agitur,non tenetur satisdare.secus si possidet extra illum locum,quia satisdat.*
3 *Arbiter debet habere salarium à partibus.*

MVLTIS. agẽtes in reb. ꝯuenti noĩe sportularũ corã maiorib.iudicib⁹ soluẽt vnũ solidũ tm̃ executorib. Apparitorib. verò præsidis, vel alicuius vicarij tertiã partẽ solidi,fideiussoresq; de iudicio sisti de eo nũero dare pñt,& si possidẽt immobilia in ꝓuincia,vel in vrbe nõ satisdãt,sed eorũ iuratoriç cautioni ꝯmittitur,nec ꝯueniri,nec citari pñt,nisi in scriptis. Pro scribẽdo vero rescriptũ principis,vel libellũ in libro iudicis,soluent executorib.solidũ vnũ, & cũ exẽplũ actorũ petitur,soluẽt solidũ vnũ.Pro scribẽdo verò epistolã citatoriam nõ vltra tres solidos.Si verò corã arbitris litigauerint ipsis arbitris vnũ solidũ tm̃,patrono fisci dimidiũ solidi, notariis vero ꝓ editione chartarũ,&ꝓ toto negotio vsque ad finẽ peragendo dimidiã partẽ solidi ꝓ introducẽdo iudicio,cũ agunt corã iudicib.maiorib.quatuor solidos, & si corã eisdẽ cõueniãtur solidos duos,& vltra quãtitates prædictas,siue agant,
a siue conueniantur, vexandi non sunt.h.d.[a] ¶†No.ex gl. sup
1 vers.iuratoriæ.in fi.qđ licet possidẽs immobilia,nõ teneatur satisdare.hoc est verũ,qñ possidet in loco,in quo ꝯuenit̃;sed si possidet in alio.loco,nõ sufficit.Vnde si qs cõuenitur Peru
2 sij,nõ sufficit si possidet immobilia Senis. ¶† Itẽ ex lege ista
b habes,quòd arbiter debet habere salarium à partibus.[b]

a ADD.Ale.Bene facit tex.in l.oẽs.añ medisi.de epis.& cle.in l.si quis aũt p pecuniam,in auth,de san.epi.& no.Bar.in l.1.q sat.cog.& in l.prætoriæ.la vlt.ff.de pt.stip.facit l.q ꝓ filio,vt leg.no.caue.¶Itẽ in eadẽ ibi solidos binos.no.gl.q̃ hic vult,qđ ꝓ rogatiõe,&ẽt ꝓ exẽplatiõe põt notari⁹accipere mercedẽ.Ita all.Ro.in no.7.ĩ litera,n. Adde gl.& ibi dixi in l.argẽtari⁹. & ibi p Bar.& Bal.q all.hunc tex.adde Bar.in l.sacris. de præpositis sacr.
b A partibus.Adde Flo.in l.sed & loci.§. n iudicio. ff.si. regun. Sed ab extra quæro,nunquid istud salarium erit aduentitium.Dic quod sic, & sibi acquiritur,sed in eo patri debetur vsusfructus.Ita no.Bal.in l.cum oportet, ş.de bo.quæ lib.in ver.idem in salariis arbitrorum.

¶De curiosis,& stationariis. Rub.

LEX I.

1 *Denunciationi Syndici non creditur simpliciter.*
Syndicus scienter falsum denuncians punitur.
2 *Denunciator maleficiorum,licet non possit incarcerare,potest tamen malefactores fugientes sub custodia tenere.*

a CVRIOSI.[a] denuncians maleficia punit̃ si nõ ꝓbat,& ideo
1 alium ꝓ delicto non incarcerat.h.d.¶†No.ex hac l.quod denunciationi syndici simpliciter non est credendum : immo veritas exquirenda est,& si falsum denunciauit scienter,punitur,vel si parum probè mouetur,vt l.diu⁹.la 2.ff.de cust. reo.
b & ş.de accus.l.ea quidem.[b]¶†No. vlt. quod denunciatores
2 maleficiorum non pñt alios detrudere in carcerem,licet nõ possint incarcerare , tñ malefactores fugientes possunt sub custodia tenere,vt ff.de seru.fug.l.pen.concor.j̃.eo.l.fi.

a ADD.Curiosi.Ad materiam huius tex.adde Lud.Ro.in l.pe.ff.ad Syl. & limita,vt per Bal.post But.in l.1.in prin.C.de err.adu.vbi Ia.dicit se vidisse, quod massarij capellarum obligati ad denũcianda maleficia sępe nesciũt literas,& faciunt sibi scribi à quodam notario nomen delinquentis , vnde iudex non dẽt punire massarium si reperitur error in denunciatione, nisi constet , quod falso fecerit,sed in dubio magis præsumitur error , q̃ malitia,arg. l.pen. C.de his qui sib.adscrip. Et adde quod si falso denunciet,punitur pœna falsi.l.lege Corn.§.fi.& ibi Bar.ff.de fal.punitur in expensis secundum Bal. in l.sancimus.C.de iud.
b Ale.¶Hoc verum quo ad puniendum,sed quo ad inquirendum faciunt fidem.Ita habetur in d.l.criminosi.& in c.omni.& ibi Goff.& Io.And,&Butri.de testa.ita habetur in d.l.diuus.&vide Bar.in cons.inc.domino Papę. in fi.ponit , an fama cum dicto syndici denunciantis,faciat indicium ad torturam,per quod credatur syndicis,est tex.in c.præterea.de test. quem allegat Bal.ad finem.Spec.in tit.de accusatio.in fi.&tales appellantur testes synodales,vt ibi, & 35.q.6. episcopus in synodo,& ibi ponitur forma iuramenti præstandi per eos.& inn.in c.nihil.de elect.

LEX II.

AGENTES. officiũ agentiũ in rebus est curã habere super euictionib.cursus publici , portãdo pecuniã publicã p ꝓuinciam,naues ꝯducẽdo & animalia ad ferendũ annonã,&alius officialis de hoc nõ debet se intromittere,ꝯfaciens punitur. ¶Item ꝓ animali in cursu publico nõ ducto nõ est licitũ officiali pecuniã accipere,cõtrafaciẽs quadruplum restituit,h.d. Et quid sit cursus publicus,no.j̃.de cur.pub.l.1.

LEX III.

PER ID TEMPVS. condemnatio præfecti facta de agente in rebus est nulla,nisi talis agens contra honestatem,&decus sui officij commiserit:quia tunc grauius punitur.

LEX IIII.

1 *Carcerare aliquem,& sub custodia tenere,sunt diuersa.*

a AGENTES.[a] agentes in rebus, singuli p singulas ꝓuincias sunt mittendi,qui in euictionib.inspiciendis curam tm̃ habebunt, & nihil habebũt cum aliis iudicib. vel prouincialib.& alios illicite non vexabunt, de causis nõ cognoscẽt, nec de-
1 trudent in carcerẽ.h.d.¶†Not.ex gl.vlt.huius legis, quod aliud est mittere in carcerem,aliud sub custodia detinere.facit de exacto.trib.l.2.

a ADD.Ale.Probat tex.ĩ l.1.de cust.re.& facit l.succurritur.in fi.qui.ex cau. maio.& vide Bal.in l.quoties.ş.de exac.tri. & glos.in l.qui neque.§. solutum.de ver.sig. Ale.Carcerare aliud est.aliud custodire.tex.videtur in cõtrarium in l. aut facta.in §. solent.de quæst. vbi carcer ad custodiam. Ad idem,l.1.de priua. carceri.& l. incredibile. ş. de pœn.quod est verum vbi sit,alias est pœna certa pro delicto.Secusvero vbi nulla esset certa pœna, quia tunc diceretur carcer ad pœnam,non ad custodiam.tex.ĩ l. senatus. de iniur.& in l.1 §.fi.de aleatorib.& Bar.in l. solent. & in l. imperium. de iur.om.iu.Cy.in l.1.supra,de infam,& quid de iure cano.dic, quod ad pœnam.tex.est in c.quamuis:de pœn.in 6.& vide Rom.in litera,i.no.8.

¶De palatinis sacrarum largitionum,&rerũ priuata. Rub.

¶Qui autem dicantur Palatini,dic vt in gl.

LEX I.

1 *Onus capitationis non dicitur extraordinarium,nec sordidum.*

PALATINI. Palatini pro capitibus eorum,&iugis tantum pensionem fisco soluunt,&ab aliis vero muneribus sordidis
1 vacant,h.d.¶†No.ꝙ onus capitationis non dicitur onus extraordinarium,neque sordidum.

LEX II.

1 *Conseruatores monetæ si reperiuntur fraudem commisisse non admittuntur ad aliud officium.*

NVLLVS. Thesaurarius,vel comes thesaurariorũ semel repertus culpabilis ex officio iterato ad eandem militiam non
1 aspirabit,nec etiam aliã acquirere potest.h.d.¶†No. hic casum ꝯ ꝯseruatores monetæ,qđ si reperti sunt fraudem com
a misisse ad aliud officiũ, nec ad aliã dignitatẽ aspirare debẽt.[a]
a ADD.Ale.Vide Aug.in auth.de colla.§.iubemus.

LEX III.

1 *Prælatus malus timet bonum subditum.*

PRISCO. Singulis annis vnus palatinus mitti debet ad re-
1 gendum principatum domorum Cappadociæ. h. d. ¶†No. hic gl.quod malus prælatus timet subditum bonum.

LEX IIII.

NIHIL. palatini nihil habent commune cum aliis iudicib. prouinciarum, sed excepta reuerentia, quæ eis debetur, non solum per iudices minores, verum etiam per maiores quilibet iudex debet in suo officio deseruire.

LEX V.

QVIDAM. effectus princeps Palatinorum,ad aliam dignitatem consulare non potest.

LEX VI.

AB OFFICIIS. præses,Palatinis non potest iniungere aliqđ sordidum munus.

LEX VIII.

PLACVIT. palatini per prouincias transmissi anno elapso, cingulo liberantur.h.d.

LEX IX.

NON ALITER. nullus officium sacrarum,vel priuatarum largitionum assumere potest,nisi mediante principis authoritate,vel annotatione.

LEX

LEX X.

PALATINOS. palatini adiutores,& primicerij,officio finito, ſicut agētes in reb.à præbitione tyronum cæteriſque muneribus ſordidis immunes ſunt.h.d. Et no.gl. 1. quæ dicit, de extrema parte pedis tibiæ,& ſotularis.

LEX XI.

AD SIMILITVDINEM. officium palatini, quod olim durabat biennio,hodie anno concluditur, ſic ſcriniariorum officium.

LEX XII.

VIROS. in ciuitate cōſtantinopolitana palatinus apud præfectum vrbis non compellitur litigare, niſi pro ſeruitutibus domibus,vel annonis quęſtio moueat.in prouincia vero cognoſcit præſes contra palatinum, ſed in cauſa criminali contra eum non fert ſententiam ex ſuggeſtione comitis,ſub quo militat palatinus,h.d.

LEX XIII.

INTER ALIAS. palatini primicerij,& tres ſcriniorum primicerij tribuni,& prætoriani militari dignitate funguntur,& nulla poteſt eis iniungi neceſſitas publica,vel priuata.

LEX XIIII.

IVBEMVS. palatini principes eiſdem priuilegiis funguntur, quibus palatini ſacrarum largitionum. & ideo primicerij, & primates ſcriniorum principis finito officio inter militares tribunos enumerantur, & nulla ſolicitudine negotij priuati, vel pub. poſſunt vrgeri.

¶De ſtratoribus. Rub.

LEX VNICA.

1 *Statutum puniens officialem non inquirentem, & punientem maleficium factum ſuo tempore, intelligitur ſi officialis ſciuerit.*

2 *Statutum dans annum officiali, infra quem poteſt cognoſcere de maleficio, intelligitur de his, quæ clara ſunt.*

PER OMNES. vnus ſolidus ſtratoribus, id eſt, præſidentib. ſtabulis principis ſtipendij nomine dandus eſt, & in offerēdo equos principi per prouincales certa,& æqualis forma ſeruāda eſt, quæ ſtatuta eſt, ſi aliqs prouincialis ſtratori dederit ob hoc,quod non licet ei accipere, punitur,&ſi iudex hoc ſciens punire eum neglexerit, cētum librarum auri pœna punitur.
1 h.d.¶† No. iſtum tex.dum dicit,ſi ſciens, quia eſt caſus quæſtionis ſtatuti diſponentis,quod iudex teneatur inquirere, & punire ſub certa pœna omne homicidium factum ſuo tem-
2 pore.Nam ita demum punietur ſi ſciuerit factū eſſe. ¶† Itē *a*
a facit ad aliud, ſi ſtatutum dicit, & det poteſtatem intra annū cognoſcendi de maleficiis, intelligitur de his quæ ſunt clara. & ita dixi in l. 1.ff. ſi quis teſt.lib. eſſe iuſ.fue.

ADDITIO.

a Ale.De hac q.vide per Bar. & Ange.in l.fi.ff.ſi quis teſt.liber.iuſ.fu.B. l.in l. cum qui.§.in popularib.de iureiur.& per Bar.& Ang.& alios in l.1.§.occi ſorum.ff.ad Syll.& vide Bar.in l.genere.ff.de infa.in illa q.an ignoranti cur rat terminus,de qua in l.1.& in l.quandiu.ꝟ. qui admit.& Bar.in l. Caius. ff.de calumnia.& in l.50.ꝟ.de excuſ.tu.& l.diuus.de cuſt.reo.&l.ſemper.§. hoc interdictum.quòd vi,aut clam.& Io.An.in c.non ſeruorum. de ſeruis non ord.& per Bal.& Sal.in l.fi.ꝟ.de dolo.per Bal.in add.Spe.in tit.de inſt. edi.& in l.id quòd pauperib.ꝟ.de epi.& cle.& l.ſi ideo.ff.de his quib.vt in dig.& in auth.cui relictum.de indicta vid. tollen.& in l.1.ī prin.ff.de cad. tollen.& in l.capatatorias.ꝟ.de re.mil.& in l.1.in 9.q.ꝟ.de inſtit.& ſubſt.& in l.1.de priua.carce.& in l.1.de his qui à latro. & in l.1.de fam.libellis, & in c.1.de prohibita feu.alie.per Loth.&in diſputatione inc.quòd fœnerator.& per Ang.in l.ſi cum exceptione.§.in hac,ff.quòd met.cauſ.& in §.ſi quis rapuerit.in auth.de ſan.epiſ. coll.9. & videas omnes, quia multa hēs circa dictam qu.Sed recordor eius,quod not.Bal.in d.l.quandiu,vbi dixit quod tempus à ſtatuto præfixum ad ponendum ſtatuta in memoriali non currit ignorāti,& idem tenet ipſe in l.item veniunt in §.cum ante. de pet. hære.& in d.l.50.& in l.pe.de peri.tut.&Pet.de Anc.in c.canonum ſtatuta. in ver.alibi quærit Bar.licet Pau.de Caſt.in l.facta.§. bonorum.ff.ad Treb. dicat tempus currere ignoranti,ſed dari reſtitutionem.

¶De caſtrenſianis,& miniſterianis. Rub.

LEX I.

IN OFFICIO. caſtrenſiani, vel miniſteriani officio finito per lapſum biennij, alius ſubrogatur, ipſe autem ad aliud officium nullatenus eligetur.h.d.

LEX II.

SI QVIS. ſi vltimus inter miniſterianos gradum primæ, ſecundæ, vel tertiæ formæ inter caſtrenſianos fuerit adeptus, ſcribendus eſt in matricula formæ tertiæ.h.d.

LEX III.

HI QVI. militantes in hac militia,& eorum matres,& vxores, non poſſunt conueniri in cauſa ciuili, vel criminali, niſi ſub comite Caſtrenſianorum.

LEX IIII.

ANTE OMNIA. Officiales Principis,ſumpti ſigillatim,annexi,coram illuſtri officiorum magiſtro,ipſi & eorum filij,& vxores conueniendi ſunt, excepto in tributariis & munerū functionibus,& delictis in prouincia commiſſis,propter quę conueniri poſſunt etiam coram aliis iudicibus. ¶Item dicti officiales gaudent priuilegio circa ſportulas, quia non eas ſoluere tenentur,niſi ſecundum modum hic deſcriptum. fideiuſſorem etiam de iudicio ſiſti dare poſſunt de eorum numero,& vbi dare non poſſunt, committitur eorum iuratoriæ cautioni.h.d.Qui autem ſint officiales, non habemus expreſſum, quia Imperator hoc non dicit, & ideo poteſt dici, quòd hæc lex ſeruiat nobis de vento.

¶De Decanis,conſtitutio Græca. Rub.

LEX I.

QVATVOR. Quatuor ex Decanis,qui primum locum in ordine tenuerunt,per biennium, ad Primiceriatus officium aſſumuntur,& alij in locum eorum debent ſubrogari tranſacto biennio.hoc dicit.

LEX II.

NOSTRAE. decani adhærentes famulatorib. principis coram illuſtri magiſtro officiorum conueniendi ſunt.h.d.

¶De priuilegiis eorum,qui in ſacro palatio mil. Rub.

LEX PRIMA.

A PALATINIS. palatini à cūctis muneribus ſordidis ſunt immunes ipſi,& eorum filij,& nepotes etiam,ipſis,& eorum mancipiis nulla iniuria debent inferri, contrafacientes puniuntur.h.d.

LEX II.

DE CVBICVLIS. cubicularij principis, quibus vacatio eſt conceſſa,& memoriales ſcriniorum,& libellorum,& epiſtolarum, & etiam Palatini, & agentes in rebus,& filij,& nepotes eorum ad honores & munera non vocantur inuiti, & à corporalib.& perſonalib.munerib.ſunt immunes.h.d.

LEX III.

EX AVLA. Deſcendentes ab aliquo officio aulæ principis, licet ſint idonei,& exempti, tamen ab omnibus munerib. & honoribus eis iniunctis ſunt expertes.h.d.

LEX IIII.

OMNES. Qui miſſionem meruit ab officio, quod in palatio principis exercebat,anteferri debet omnib. aliis,qui poſt ad regendas dignitates,vel prouincias fuerunt aſſumpti,contrafacientes pœna hic inſerta puniuntur.h.d.

¶De priuilegiis ſcholarium. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Prohibitus ad aliquod officium ex forma ſtatuti, non poteſt ad illud aſſumi ſub alio nomine.*

VIRIS. Magiſtri militum,milites,ſenatores, ſcholares ſuos verberare,vel degradare non poſſunt,ſed iſtud ſpectat ad magiſtrum officiorum. ¶Item magiſter militum ſuos domeſticos ſenatorios ducenarios, vel centenarios facere non poteſt, pœna contrafacienti imminente. ¶Item prohibitus eſt domeſticus perpetuo, vel ad tempus alio nomine aſſumpto
1 colore,non eſt prohibitione durante aſſumēdus.h.d.¶†No. iſtam l.ꝙ ſi per formam ſtatuti prohibitum eſt officium conſeruationis, ꝙ non poteſt quis ad illud officium aſſumi ſub
a alio nomine.[a] Et hoc ſentit gl.hic, dum ſumit argumentum de domino Ottone,qui fuit poteſtas Bononiæ.Nam cum eſſet prohibitus eſſe Poteſtas,fuit factus defenſor,& ſic habuit
b officium Poteſtatis.[b]

ADDITIONES.

a Sub alio nomine.Adde Bal.in l.1.in 2.quæſt.ꝟ.de hæredib.inſtit.& in rub.ꝟ. de fid.inſtr.ad fi.Alex.omnino in 1.conſi.Digeſtorum.§.nos vero.dixi poſt Phil.Fran.in proœ.6.n.5.in apoſt.in ver.mutatio nominis,& plene per fely.in proœ.decret.Greg.verſ.circa concluſio.

b Ale.No.iſtud dictum,quia facit ꝯtra id,quod ponit Bal.in l. Paulus §.pluribus.de lega.& in l.1.§.1.de poſtu. & in l.1. de var. & extraordin. cognit. vbi dicit, quod prohibitus aduocare, non eſt prohibitus in ſcriptis conſulere,& ſic per indirectum.Quod dictū ſequitur.do.Abb.in rub.de poſt. Sed tu potes dicere ſaluando Bar.quod diuerſa ratio eſt inter aduocare, & conſulere,quia aduocare eſt viua vox,conſulere autem mortua, quia viua vox plus valet,quam mortua.Bal.in rub.de teſtibus.

LEX II.

HAC LEGE. Militans in aliqua militia, q stipendiis decursis Primicerius factus est, omnib. priuilegiis sibi competētib. ꝑfruatur, & etiam in causis ciuilib. corā officiorū magistro nō cogit rñdere. In criminalib. verò causis hoc priuilegium non sortit, ne crescat officiorum authoritas, & ne publica vacillet vtilitas. h. d. Et no. ꝙ denegat iurisdictionem in ciuili, & concedit in criminali hoc officio finito, eo verò durante in vtroque casu est iurisdictio denegata. s. de agen. in re. l. ex eo.

LEX III.

1 *Vidua fruitur priuilegio primi mariti, quousque fuerit secundo maritata.*
2 *Priuilegium concessum mihi, et omnibus descendentib. masculis, & fœminis, quando comprehenduntur ascendentes per lineam fœmininam.*
3 *Sententia sine scriptis ferri potest si concurrit partium voluntas.*
4 *Solēnitati reqrēti sn̄iam in scriptis ferri, et recitari, ꝑtes renūciare possunt.*

b Alex. ¶ Et hic hẽs, quis sit vagabundus. de quo per Bar. in l. 4. §. prætor ait. de dam. infe. in l. ad cognitionẽ, & ibi dixi. ff. ex q̃b. cau. in pos. ea. & Bar. in l. 1. s̃. de colonis Thracensi. In ver. & sic est arg. inq̃tũ Bar. vult, q̃d schola-ris vagus gaudeat priuilegio scholariũ. Adde gl. in ꝓœ. sexti. ver. cõmo-rãtib. q̃d licet scholaris parũ studeat, tñ gaudeat priuilegio scholariũ, & d. Ant. in ꝓę. decretalium seq̃t, si honestè viuit. Ego tñ puto, q̃d scholaris vagus, & nõ studẽs, nõ gaudet priuilegio, p gl. hic, & p gl. de studiis libe ralib. vrbis Romæ, in l. 1. & gl. in c. odi. & c. egressi. 23. q. 1. vbi innuit ↄtra scholares eũtes ad ecclesias visuri mulieres. gl. in c. qui in verbo, q̃d nã. de pęn. distin. 1. & gl. in l. cãs, s̃ de trãsa. Facit, q̃d p Ful. in l. q. sub p̃textu. s̃. de sacrosan. ecc. gl. in l 1. de studiis lib. vrb. Romæ. & iõ enumerati in dictis gl. nõ debẽt gaudere priuilegio, p no. p Bar. in ꝓœ. Digestorũ vbi dixit, q̃d licet quis sit descript⁹ in mercatorũ matricula, nõ tñ dr̃ mercator, ni-si illũ actũ exerceat, ita in scholari. Facit q̃d dixit Frã. Tig. de Pisis. in l. sp. §. q̃busdã. de iure immuni. tex. in c. xenij. in verbo, lr̃arũ. de elec. in 6. ver. gl. & tex. in auth. habita. s̃. ne filius ꝓ pat. ꝓ hoc l. sp. §. negotiatores, & l. ne q. dã. s̃. de test. mil. & l. diuus Traian⁹. & l. ex ea. ff. eo. ti. vbi miles gaudet priuilegio, si exercet militiã. facit l. scriniarios. de testa. mil. Facit tex. in l. duas. §. maxime. ver. nõ aliter. de excus. tut. Et ex hoc sequit̃ ↄtra Barr. q̃d vagus, & nõ studẽs nõ gaudet priuilegio. Sed p̃t saluari, q̃d loq̃t si inho-ste viuat, sec⁹ si honeste, licet parũ studeat. Quid de doctore ignaro, et nõ studẽte, vide Bar. in l. fi. s̃. de ꝓfes. & medi. & ibi scripsi. Itẽ q. d si scholaris exercet artẽ, vel officiũ, an gaudeat priuilegio. Dic, ꝙ sic, si principaliter veniat ad studiũ cã studij. l. nõ verũ, ex quib. cau. maio. & Frãc. Tigri. in d. §. quibusdã. Quid de nõ intrãte, sed studẽte in domo. And. de Iser. in auth. habita. alle. Hier. dicentẽ ingeniũ docile, sine magistro laudabile est, licet Bald. in d. auth. indistincte dixerit, scholarem practicantem non gaudere priuilegiis.

LEX III.

TYRONES. No. contra iuuenes doct. qui volunt celsiorẽ locũ obtinere, & omnib. anteire, quoniam non possunt, quia tantum illis doctoribus conceduntur, quibus laborum assi-duitas, & stipendiorum prolixitas suffragantur.

¶ De littorum, & itinerum custodia. Rub.

LEX VNICA.

1 *Practica liberandi aliquem à concussione, qui velit portare frumentum, vel aliud bladum de vno loco ad alium.*

1 SALVBERRIMA. In text. naucleri deponant. Nota † hanc
l. pro portantibus frumentum, & aliud bladum, quando ti-
ment accusari de concussione, vt semper vadant coram offi-
ciali communis, & notificent ei ad quem locum portare ve-
lint. nam hoc facto nõ timebunt de aliqua concussione, quæ
contra eos fieri possit.

¶ De desertoribus, & occultatoribus. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Receptãtes rebelles, et bãnitos, ita demũ puniũtur, si sciũt eos esse rebelles.*
2 *Domus, in qua retinetur ludus, vel fit proditio, si debeat deuastari ex forma statuti, & retineatur per procu. vel per eum fiat proditio inscio domino, quod domus non deuastabitur, sed procu. ille tenetur.*
3 *Officiales dissimulantes punire malefactores, qua pœna puniantur, remissiue ad tex.*

SI QVIS. Recipiens scienter desertorem in agro, vel in do-
mo, si est actor, vel ꝓcuraror, capitaliter punietur, sed domus
vel p̃dium confiscabitur, si ipsius est dominus. Itẽ manifestãs
desertorem præmiatur. Itẽ desertores sunt, qui tp̃e belli ab-
sentauerunt se à signis. Itẽ qui semetipsum prodiderit, veniã
meretur. Punitur vero desertor pœna mortis vilis, quã si iu-
dex dissimulat, vel gr̃a data distulerit, ipse punitur. h. d. In tex.
1 ibi, si sciens, prudens. † No. pro receptantib. rebelles,[a] q̃a ita
a demum, si sciant ipsos esse rebelles. cõcor. quod no. ff. de re-
cep. l. j. & vide quod dixi s̃. de fab. l. fi. In tex. ibi, vel ꝓcurator.
2 No. ad q̃õnẽ. dicit statutum, † ꝙ si in aliqua domo fuit ludus
retentus, ꝙ dẽt deuastari, vel si in aliqua domo esset ordinata
proditio ↄ cõe, ꝙ debet destrui domus: ꝙ si actor, vel procu-
rator retinuerit ludũ in ea, vel ꝓditionẽ ordinauit, ꝙ nõ de-
uastabitur domus, sed ꝓcurator punietur, tunc. n. ad deuasta-
tionẽ ꝓcedit̃, cum dñs domus scelera cõmiserit. vt hic. ꝙ fa-
3 cit ad no. s̃. de fal. mo. l. j. ¶ † Vltimò no. ex fi. legis magnã pœ-
nam ↄ officiales, q̃ pœnas legib. vel statutis impositas gratia,
vel dissimulatione imponere differunt, de quo hic in gl. vlt.
Et sic facit contra Capitaneos Perusij, qui malefactores dissi-
mulant, vt puniantur. ad quod facit, quod s̃. diximus.

ADDITIO.

a ¶ Rebelles. An & qñ receptator teneatur, vide do. Soc. in cons. 212. inci. in cã Mat. Pet. ver. p̃terea. Adde istum in l. oẽs, numero 2. & q̃d ibi posui in a-post. ad ipsum in ver. ꝙ est necesse etiã probare. s̃. de agri. & censi. lib. 12. Alex. ¶ Adde l. 1. in fi. & Bal. s̃. de monopoliis.

LEX II.

SI DESERTORES. Desertor inuentus resistens, vt rebel-lis punitur. ¶ Item diligens debet esse iudex ne sub prætextu alicuius licentiæ desertor possit euadere. h. d. Et nota hic pro rebellibus.

¶ De veteranis. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Veteranus, quod excusetur à pedagio.*
2 *Irreuerenter loqui non dicitur, nec male, qui potestati dicit, tu.*

CVM INTROISSENT. Veterani gaudent priuilegiis hic
1 scriptis. h. d. † No. ex hac l. de pedagio, quod colligitur per
eum, qui stat in porta, & non permittit aliquem transire, nisi
certum quid ei soluat, quod ab hoc pedagio veteranus ex-
2 cusatur. ¶ † No. in tex. ibi, te nobis, non esse male locutum,
a siue irreuerenter, si quis potestati dicit, tu, & non, vos,[a] quia
ita hoc fuit dictum Imperatori. & hoc verum est, nisi con-
suetudo sit in contrarium.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Adde quod rescriptum Papæ, vitiatur, si rescribit alicui in plurali dicendo vobis, &c. Vide tñ tex. in c. quam graui, de crimine fal. licet in c. filius. de testa. & in c. j. de peregrinis loquitur in plurali. Adde ẽt, ꝙ Impe-ra. loquitur sibi ipsi. l. fi. s̃. de edẽ. s̃. qũo, & quãdo iud. & in l. resq;. s̃. de don. inter vir. & vxo. in l. 2. s̃. si pendente appell. mors interuenerit.

LEX II.

PROVIDENDVM. Veteranus factus protector nullis in-iuriis est pulsandus, contrafaciens est s̃m qualitatem facti per Rectorem prouinciæ puniendus. h. d.

LEX III.

VETERANI. Veteranus, qui se latrocinio dederit, priuile-giis nudatus competentibus pœnis à Rectore prouinciæ punitur. h. d.

LEX IIII.

1 *Lis quod finiri debeat vbi est incæpta, licet post cæptam conuentus efficiatur alterius fori.*

NVLLVS. Veteranus effectus inuitus, vel nolens, non mi-
litat, & sententia ↄ eum lata tali ordine nõ valet, nisi dũ ipse
militabat, quæstio in cognitionẽ esset deducta, quia tunc ibi
finitur, licet veteranus sit effectus, nisi speciali priuilegio cõ-
1 trarium sit sibi indultum. h. d. † Et no. ex hac l. quod licet ego
efficiar alterius fori lite incæpta contra me, tamen iudicium
a ibidem finiri debet, vbi initium accepit,[a] concor. ff. de iud.
l. vbi cęptum, & l. si quis postea. ff. eod. tit. & l. cum quædam
puella. ff. de iuris. om. iud.

ADDITIO.

a Accepit. Ad q̃d vide late per Fel. in c. cum sit. de fo. compe. in ver. amplia-ui conclu.

¶ De numerariis, & actuariis, &c. Rub.

LEX PRIMA.

VORAX. Numerarij. i. seruientes Rectorib. in diuersis ob-
sequiis, & tormentis, & lacerationibus puniuntur. h. d. ¶ No.
hanc l. ↄ eos, qui volunt seruire diuersis iudicib. in plurib. ob-
a sequiis,[a] nam puniuntur.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Adde, q̃d idẽ tenuit Spec. & Io. And. in tit. de inst. edi. §. restat. ver. quid si is. & ver. ex p̃mis. & de ꝓba. § j. ver. illud aũt. hoc per tex. in l. He-rẽnius. vbi voluit Bar. ff. de decurio. & eorũ fil. de qua q. in l. Barb. p Inno. & alios in c. 1. de fid. instr. & Gul. de Suza. in l. decernimus. de sacros. & ec-cl. per Iac. de Bel. in dispu. inci. cauetur aliquo iure, quam ponit post l. 2. s̃. qũo, & qñ iud. Pau. de Leaz. c. cũ dilectus. de fid. instru. per do. An. in repe. c. cũ consulationibus, de iure patro. p Imo. in l. ad testiũ. de test. p Bal. in l. 2. de ser. & aqua. l. non ignorat. qui accu. non poss. p Io. Fab. in §. sed cum alienis, insti. de test. p Ang. in auth. de tabel. §. pen. ver. fi. Bal. Sal. & Ang. in l. 1. s̃. de test. vbi limitat esse verum, nisi interuenisset decretum, vel creatio superioris, quo casu licet non esset tabellio, tamen hoc casu valent gesta per eum. Et hoc expresse vult Bar. etiam respondens ad d. l. 1. s̃. de testa. quia illa lex non facit ad propositum s̃m eos, quia loquitur in actu testifi-candi, qui est p̃missus de iure cõi, cum omnes liberi à natura nascantur, & per consequens in tali actu nõ requirit̃ decretum, secus in casu nostro. d. l. Herennius. & vide Bal. in l. 2. s̃. de indic. viduita. toll.

LEX

LEX II.

QVI NVMERARII. numerarij consularium qui hodie tabularij appellantur, tormẽtis subiiciuntur, nisi iudicibus, vel aliis ad prouinciam per principem destinatis, nomen debitorum sub actorum testificatione demonstrauerint, vt eis indicantibus ad solutionem omnes fisci debitores compellantur, tempusque tabulariorum triennio concluditur. h.d. Et no. hanc legem contra tabularios, & cõseruatores, qui nõ assignant numerum debitorum communis per publicum instrumentum, nam faciunt litem suam, per hanc l. quod nota.

LEX III.

NVMERARIOS. tabularij præfecti prætorio cingulum, & ordinem militiæ retinent. h.d.

LEX IIII.

1 *Vnus officialis non debet se intromittere de officio alterius.*
2 *Deputatus ad maleficia de vna porta, non debet se intromittere in maleficiis alterius portæ.*

IN PROVINCIIS. in omni prouincia duo tabularij collocantur, vnus ad rationem artis fiscalis, alius super titulis largitionalib. i. super donis, quæ principi largiuntur: nullusque
debet se de alterius officio immiscere, & contrafaciens punie
1 tur, & celãs talem culpã similiter est puniendus. h.d. ¶ † No.
hunc tex. quòd nunquam vnus officialis debet se alterius of-
2 ficio immiscere, vt hic, & de executo. & exa. l. 2. † Et sic est ca
sus hic, quòd si sunt plures deputati ad officium maleficiorum, & quilibet pro sua porta, quòd deputatus in vna porta, non debet scribere in causis maleficiorum alterius portæ. casus est hic. ¶ Vltimò not. gloss. quid sit fiscus, & quid sit ærarium.

LEX V.

1 *Notarius actorum si fiat notarius priorum ciuitatis, non propterea desinit esse notarius actorum.*

EXCEPTORES. Licet scriptor alicuius iudicij existens efficiatur Decurio, nõ desinit esse scriptor, & cognoscere debet munera ciuitatis, & peracto officio ad propriam curiam re-
1 dit. h.d. ¶ † Et not. ex hac l. quod notarius actorum fit notarius priorum ciuitatis Perusij, quod non propterea desinit esse actorum notarius, sicuti non desineret si efficeretur decurio. hodie tamen nullus decurio potest esse tabellio, vt s. de Decurio. l. vniuersos.

LEX VI.

NE DIVTIVS. Numerarij à communione actuariorum abstinere debent, contrafacientes puniuntur.

LEX VII.

1 *In creatione officialis, mos antiquus seruari debet.*
Syndicus, vt dicatur legitime ordinatus, vniuersitas mandato superioris conuocari debet in loco consueto, & sono campanæ.
2 *Gesta ab officiali, qui communiter reputatur officialis, cum non sit, quia nõ fuit legitime electus, non tenent.*
3 *Lex, Barbarius, de officio præsidis, quòd non procedit quando quis non fuit legitimo electus.*

ACTVARIOS. actuarij secundum consuet. antiquam sunt
ordinandi. & si aliter factum fuerit, facta ab eis non valent, &
1 ipsi, & facientes puniuntur. † No. ex prin. qđ vbicunque crea
tur officialis aliquis, semp debet mos antiquus seruari. aliàs
creatio esset nulla, vt l. non tm̃. de decu. Et sic est casus, ꝙ syn-
dicus creatus non cõgregata vniuersitate ad sonũ campanæ,
vel alio mõ, vel non congregata in loco, vbi aliàs ꝯsueta fue
rat cõgregari, vel non ꝯgregata de mãdato superioris, prout
a consueuerat, non dicitur legitimè ordinatus.[a] & ita de facto
2 obtinui per hãc l. † Ex fi. legis not. quod licet aliquis habeat,
& reputetur pro publico officiali, & re vera non sit, ex eo qđ
non fuerit legitimè ordinatus, vel quia reputatur tabellio, cũ
non sit, vel iudex cùm non sit, ꝙ acta facta p eum nullius sint
3 momenti, & ipse faciens punitur. Nec ob. l. Barbarius. ff. de
of. præto. quia qñque quis est electus solẽniter, tamen pp de
fectum personæ non potest esse, & tunc facta per eum valẽt,
cum sint publica, vt ibi. quandoque quis potest esse, sed non
est electus secundum formam debitam, & tũc facta per eum
b non valent, vt hic. Et ita tenet Gul. de Cug. in l. Barbarius.[b] ff.
de offic. prætor.

ADDITIONES.

a Ordinarius. Sed quid, quando statutum dicit, quod vniuersitas debeat facere syndicum cum authoritate, seu potestate præsidis, an sufficiat quod authoritas, seu potestas accedat ex interuallo, vide per do. Soc. in cons. 15. inc. visis p̃dictis publicis instrumẽtis, ver. vel pos. secundo modo, cir. med. ¶ Adde pro hoc quæsito Bal. in l. habeat. n. 6. quod ibi posui in apost. ad ipsum, in ver. nihil operetur consensus sequens, s. de sacros. eccl. in lect.
b Alex. ¶ Et de hoc vide per omnes scribentes in l. Barb. per illum text. de off. præt. per Inn. & alios in c. 1. de fide instrum. Spe. & Io. Aud. in tit. de instru. edi. §. restat. ver. quid si is. & ver. ex præmissis secundo. iuncto ver. & in tit. de proba. §. 1. ver. illud autem. cum ver. seq. Guliel. de Suza. in l. decernimus s. de sacros. eccl. & per Iac. de Aren. in dispu. inc. producto cõtra te instrumento, & per Iac. de Bel. in disputatiõe, cauetur aliquo iure. & ipse ponit in l. secũda. s. quomodo, & quando iud. per Pau. de Lea. in c. cum dilectus. de fi. instru. per Bal. & Imo. & Pau. de cast. in l. ad testium. de test. per Bald. in l. 2. de ser. & aqua. & in l. non ignorat. s. qui accu. non pos. per Io. Fab. in §. sed cum aliquis. insti. de test. per Ang. in auth. de tabel. in §. pe. p Io. Aud. in rep. c. consuluit. de iure patrona. per do. Alex. in l. 1. ad fi. s. de test. vbi omnino videas.

LEX VIII.

SCRINIARIOS. à prefecto pretorio, scriniarij, vel numerarij nón possunt pecuniam sumere mutuo: vel aliquid pro expensis publicis cuiquam promittere. h.d.

LEX IX.

NEMINI. nullus in numero militum ordinatus, & numeratus actuarius fieri potest, nec actuarius deposito officio ad aliquam militiam aspirare potest. h.d.

LEX X.

1 *Ascendere quòd quis debeat de gradu in gradum, in dignitatib. non autem descendere.*
2 *Instrumentum carens solennitate debita, non caret suspicione falsitatis.*

NVLLI. scriniarius eosdem numerarios vltra quaternas vices habere nõ possit, nec ẽt chartularios interpellato tempore non cõtinuato, & debet esse in numerario interuallũ biennij, in chartulario anni. ¶ Item numerarius ad similitudinem chartularij non potest descendere. ¶ Item numerarij scriniariorũ Orientis, & Asianæ. s. diœcesis, eligũtur de numero hic notato. In diœcesi vero pontica, & Thraciæ eligi possunt hi, quos scriniarij dixerunt eligendos, instrumentaque ab eis facienda sunt solennizanda solennitate hic descripta, alias suspicione falsi non carent, exceptis hic inferius nominatis. h.d.
1 ¶ † Nota in dignitatibus quem debere semper de gradu in
2 gradum ascendere. ¶ † Vltimo nota, quod instrumentum ca
a rens solennitate debita, non est sine suspicione falsi.[a]

ADDITIO.

a Ale. adde quod idem tenet Cy. in l. iubemus. s. de test. vbi dixit, quod notarius talia omittens debet puniri de falso, & parti tenetur ad interesse. qđ sequitur Bar. in l. si librarius, de reg. iu. & adde quod instrumentũ non valet, & si per imperitiam, & errorem notarij esset omissa solennitas aliqua substantialis, vt not. per gl. & doct. in l. ambiguitates. s. de testa. & Bal. in l. iuris. supra, qui admi. & intelligitur ita lex fi. in fi. & ibi glo. supra, de fideius. secus si per errorem omisisset soluere aliquid, quod non esset necessarium, quia posset corrigere, quia talis error non obest. l. errores. s. de test. & d. l. si librarius. & l. fi. §. si cũ esset. ff. de tabulis exhib. & in l. Imperator. de statu hom.

LEX XI.

OFFICIO. officium actuarij, quod olim durabat biẽnio, hodie concluditur anno.

LEX XII.

PER HANC. officiales præfecti prætorio Illyricano, si dignitatem comitiuam adipiscantur, profertur sententia interlocutoria, seu decretũ electionis, & illud dari eis debet, quod ante hanc legem dabatur cum officio prædicto deposito eligebant prætoriani tribuni. h.d.

¶ De cursu publico, & angariis, & parangariis. Rub.

LEX I.

1 *Conducens equum ad vecturam, si eum percussit fuste, vel ligno, ob quod deterioratus est, vel mortuus, tenetur.*

1 EQVOS. in tex. ibi, non lignis, vel fustibus. ¶ † Nota opti-
mam legem contra conductorem equorum, qui equum cõ-
a duxit ad vecturam, & vt ambularet, percussit cum fuste,[a]
vel ligno: quòd si ex hac percussione equus deterioratus sit,
ad eum periculum spectat, quia non debuit eum percutere
fuste, vel ligno: sed si eum percussisset flagello, vel calcaribus,
& casu equus esset mortuus, aut etiam deterioratus, tunc nõ
spectaret ad eum periculum, quia licitè potuit equum flagel
b lo, vel calcari cedere.

ADDITIONES.

a ¶ Percussit eum cum fuste. Adde Ant. Cors. sing. suis in ver. conductor. inc. aliquis conduxit equum. vbi alleg. istum hic, & eum sequitur assignat tamen aliam rationem hic, quæ mihi videtur esse potior.
b Ale. ¶ Ego puto, quod si sit mortuus ex percussione calcarium, debet inspici qualitas personæ, puta si erat talis, qui solitus erat equitare. nam si esset talis, qui non esset solitus equitare, puta in monacho, procedat quod hic dicitur. sed si erat solitus, & bonus equitator, credo quod tenetur quamuis sit mortuus calcarib. per no. per Bal. in l. quę fortuitis. in materia leuis culpæ. s. de pig. actio. vbi etiam dicit, quòd nedum de leui, sed de leuissima, & de dolo, nam qualitas personarum debet referri ad genera culparum. l. fiscus. de leg. 3. & in l. inter artifices. de sol.

LEX II.

1 *Per viam publicam, & rectam, quòd quis ire teneatur.*
Suspicio, quòd sit contra eos, qui non vadunt per viam rectam.

PRAESIDIBVS. præsides & rationales, quibus annona per rem publicam subministratur, pro pecoribus gubernandis vsurpare non possunt bubulcos. item nullus cum annona aliam viam debet tenere, nisi per publicum cursum, excepto præfecto prætorio, cui per cursum publicum proficiscendi li
1 centia est concessa. h.d. † Not. ex hac l. quod sp quis debet se tenere ad viam publicam, & rectam, qua communiter omnes vtuntur, adeo quod si extra eam reperitur, mala suspicio est contra eum. quod no. contra portantes contra deuetum. De quo habes casum j. e. l. si quis per publicum, & s. de naui. l. qui fiscales.

LEX III.

1 *Euntes per viam non rectam si nō permittunt se scrutari, capi possunt, & retineri per custodes.*

EVECTIONES: nullus iudex, vel custos publici cursus pati debet per publicum cursum aliquem ire, nisi vadēs primo seriem suæ euectionis ostendat, & volens resistere, aut vltra tempus vehere, retinebitur vbi fuerit repertus, & secundum qualitatem personæ per iudicem competētem punietur. h.d.
1 † Not. contra illos, qui reperiuntur in itinere de quibus est suspicio, ne aliquid portent contra deuetum. Nam si nō permittunt tunc se scrutari, possunt capi, & retineri per custodes ad hoc deputatos, & ex sola resistentia debent acriter puniri, vt hic.

LEX IIII.

1 *Mulio licet non sit descriptus in licentia mihi data per datiarios portandi res meas extra ciuitatem, tamen illas licite portat.*

PARIPPVM. parippus appellatur, qui licentiam habens de duob. vehiculis euehendis, tertium euehit, aut euectionem extra ordinem facit. Si autem secundum licētiam sibi datam quis vehat, non debet delictum reputari, siue euectionem fa-
1 ciat euectioni præpositus, siue mulio. h.d. † No. ex hoc text. quòd si gabellarij portarum dederint mihi licentiam portandi mea arnesia extra ciuitatem, & districtum, si arnesia portauerim per mulionem, quamuis mulio non sit in licentia descriptus, sed solum ego, licitè tamen poterunt per eum portari, quod not.

LEX V.

SI QVIS. istam legem not. ad id, quod dixi supra eodem, l. secunda.

LEX VI.

EVECTIONVM. senatus cum ad principem vadit, habet potestatem euectionis, & faciens contra vetitum publicum cursum, pœna hic inserta punitur.

LEX VII.

IN OMNIBVS. stabula prouincialium, nō debēt fieri sumptu publico, sed expensis prouinciæ, pro quib. expensis habebunt animalium stercus.

LEX IX.

IVDICIBVS. faciendæ euectionis copia omnibus iudicib. denegatur, excepto præfecto pretorio, & officiorū magistro, nisi ob transmittendas publicas functiones euectionem faciant, pœna contra facientibus imminente. h.d.

LEX X.

GRAVISSIMAE. super animalib. ad euectionem cursus publici deputatis nullus contractus locationis, etiam ad vecturam, vel emptionis tenet, pœna grauissima contra facientib. imminente. h.d.

LEX XII.

QVONIAM. veredorum sella computato freno, & pectorali, cum pectorali debet esse xl. librarum: si autem sit vltra, sella cædatur per frusta. pectorale vero publicatur exceptis illis, qui sunt sub rusticitate constituti, qui in sacculis onera portant. h.d.

LEX XIII.

NON PATIMVR. non debent rustici, qui hyppocomi appellantur, perducendo equos per publicum cursum in digna expoliatione vexari, pœna contrafacientibus imminente. hoc dicit.

LEX XIIII.

1 *Muli debent onerari secundum onus consuetum.*
Mulus oneratus secundum consuetum si decesserit, onerans non tenetur.

PVBLICI. exhibitio cursus publici secundum consuetudinem locorum committitur, vt plaustra. i. currus faciant onerari. h.d. vel aliter, currus debet onerari secundū consuetudi-
1 nem. h.d. † Not. ex hac l. optimum argu. quod muli debent onerari secundum onus, ad quod portandum sufficientes secundum cōsuet. reputantur. & facit quod si onerani mulum tuum cum onere trecentarum librarum, qui bonus, & sufficiens reputabatur ad tantum pondus, & cum fuerit sic oneratus decessit ex pondere, quod ego non teneor: quia permissum est mihi ipsum onerare secundum cōsuetudinem, & sufficientiam, per hanc legem.

LEX XV.

SI QVIS. mittens equum in cursum publicum non mittendum, quadruplum pretij dicti equi fisco restituant. h.d.

LEX XVI.

HIS TANTVM. legati gentium principi non subditarum cursu publico possunt vti. & no. arg. pro ambasiatorib. Florētiæ, vt possint onerare equos communis Perusij pro portādis rebus eorum Perusium.

LEX XVII.

NEMO MVLIONEM. subtrahēs mulionem euectioni deputatum, x. libras argenti fisco soluat. h.d.

LEX XVIII.

1 *Statutum, quòd possit fieri, quòd præbenda annonæ tantum valeat, dummodo pretium non sit vile.*
2 *Equus qui male pascitur, non potest ambulare.*
Conductores equorum, tenentur ad interesse, si eis non dant bene comedere.
3 *Conducens equum aduecturam non tenetur ei dare tantam præbendam, quando auena est cara, sicut quando vilis.*

ANIMALIA. curari debet ne equorum cursui publico deputatorum pabula. i. præbenda cariori pretio vendatur, & etiam vt non teneatur prouincialis viliori pretio vēdere. h.d.
1 † Not. quòd potest fieri statutum, quod cum tyrones communis Perusij veniunt ad ciuitatem, quod præbenda annonę non possit vendi, nisi tanto pretio, dummodo pretium nō sit
2 magis vile, quàm debeat. ¶ † Vltimò no. quod quādo equus habet malè ad comedendum, non potest ambulare. & facit contra conductores equorum ad vecturam, qui non debebrunt eis bene comedere, qa si macri facti sunt, tenentur ad in-
3 teresse, per istam legem cum gl. quòd not. ¶ † Vlt. not. quod est ar. lex ista, quod conducens equum ad vecturam, non tenetur dare equo tantum de prebenda cum est cara, quantum cum est vilis, vel cum iusto pretio venditur.

LEX XIX.

COMPERIMVS. prouinciales, & curiales ad præstandum animalia indebita ad cursum publicum non grauantur: quia satis est si conferunt in pabulis, & pecuniis equorum deputatorum cursui publico. h.d.

LEX XX.

NEMO. nullus dux postquàm suum ducatum intrauit debet vti cursu publico, sed iumentis propriis, quod etiam obseruatur in officialibus cohortalinis, pœna contrafacientib. imminente. h.d.

LEX XXI.

NVLLVS. etiam ecclesia tempore expeditionis non excusatur ab angariis, & parangariis. h.d. † No. istam legem cōtra clericos, vt propter istam societatem, quæ venit in comitatu deprædādo, currendo, & occidendo, vt possint clerici grauari ad datia, & collectas, & alia onera sordida, vt contra dictas gentes reparetur.

¶ De tractatoriis, & statuis. Rub.

LEX VNICA.

1 *Licentia data alicui pro extrahendo frumentum, & pannos extra ciuitatem, vel comitatum, quòd non extendatur vltra septem dies.*

TRACTATORES. licentia data pro animalibus ad vehendum, & ad arripiendum iter, debet biduum continere, ad moram verò trahendam quinque dies tantum, & nulli debet dari pro se, & necessariis sibi personis, nisi illis tātum, qui anima-
1 lia cursui publico deputata prosequuntur. h.d. † No. ex hac l. optimum argum. quod si alicui est data licentia de extrahendo certam quantitatem frumenti extra ciuitatem, vel comitatum, quod hæc licentia non extenditur vltra numerum se-
a ptem dierum, [a] quorum quis habet duos ad arripiendum iter, alios vero quinque pro itinere perficiendo. Quod facit pro licentiis, quæ dantur per gabellarios portarum, de extrahendo salmas pannorum extra districtum.

ADDITIO.

a ¶ Non extenditur vltra numerum septem dierum. adde Anto Cors. in sing. suis in ver. gabella. gl. 4. inci. si alicui est data licentia. vbi allegat. & sequitur ipsum hic, de quo per Roma. in repe. rub. de arb.
Alex. Vide Roma. idem tenentem in rub. de arb. in ver. conclusio.

De

¶De apparitoribus præfecti prætorio,& priuilegiis eorum. Rub.

LEX I.

PRAEFECTVRAE. Cornicularij præfectorum completo munere principis purpuram adorare debent,&cum sint otio donati,ad aliquod officium non deuocentur.h.d.

LEX II.

PRAEFECTIANOS. præfectiani exactiones prouincialiũ facere non debent,nec etiam habere custodiam horreorum: contra facientes puniuntur.h.d.Et sunt præfectiani officiales præfecti.

LEX III.

CORNICVLARII. cornicularij, primiscrinij,præfecti prætorio, sortita laborum requie priuilegiis hic insertis gaudent.h.d.

¶De apparitoribus præfecti vrbis. Rub.

LEX I.

PAETER EOS. qui administrauerunt multa officia in prouincia, officio finito principis purpuram non adorant. item apparitor sedis vrbanæ illustris de concussione pistorum cõuictus punitur.h.d.cum l.seq.

¶De apparitoribus magistrorum militum,& priuilegiis eorum. Rub.

LEX IIII.

NVMERARIOS. numerarij illustrium completa militia, & principatus munere functi, gaudẽt priuilegiis, hic insertis. ¶Item qui sunt de numero militantium,gaudent priuilegiis eorum,qui verò sunt vltra numerum,non.h.d.cum l.seq.

¶De apparitoribus procon.& legati. Rub.

LEX I.

1 *Magistratus ciuitatis dicitur membrum ciuitatis.*

OFFICIO. obsecundans proconsuli vel legato non debet
esse curialis, vel adscriptus(aliàs,adstrictus)alicui corpori.&
si adscriptus esset, debet restitui ei, & apparitores legatorum
1 debent esse quadringenti.h.d.cum l.seq.† Nota quòd magi
stratus ciuitatis dicitur esse membrum ciuitatis.

¶De cohorta.& prin.cornicu.ac primipil. Rub.

LEX I.

1 *Deputatus ad capiendum,ad denunciandum malefactores,non potest ipsos in carcerem mittere.*

OMNES. stationarij,qui irenarchę appellantur,non debent
facere exactiones,nec aliquem in carcerem mittere, etiam si
1 crimen sit manifestum.contrafacientes puniuntur.h.d.†No.
ꝙ deputatus ad capiendum malefactores, vel ad ipsos denũciandos non potest ipsos in carcerem mittere,etiam si crimẽ sit notorium.Dixi s.de decu.l.fi.

LEX II.

NVLLVS. nullus iudex volẽtem militare approbare debet sine sacra approbatione, (& licentia principis, sicut facit alia approbatoria)nec permittere etiam vehere,exceptis prouinciæ officialib.qui cursus publici solicitudinem substinẽt.h.d.

LEX III.

SOLITA. solita priuilegia concessa per diuum Diocletianum principem, confirmantur, & etiam extenduntur, vt j. describitur.

LEX V.

QVICVNQVE. primipilarius Hosdroenę prouinciæ si multos habet filios,vnum loco sui substituit, alterũ tradit curiæ, alteros verò deputabit militiæ, cui volet. Si vero duos tantum habet,tunc satisfaciet curiæ,& cohorti,& si vnum tantũ habet,tradet ordini suæ patriæ,priuilegio cõtra hoc indulto, nullatenus valituro, & qui fuerit ciuitatum obsequio aggregatus,cogi poterit tam ipse,quam eius pater ad filium alium curiæ deputandum,qui se ob priuilegium patris excusare volebat curiæ deseruire ostendendo quomodo in patris priuilegium successit.h.d.

LEX VI.

1 *Sententia in criminalibus contra absentem,vbi est pœna relegationis,quod non valeat.*

2 *Practica citandi absentem cum proceditur contra eum.*

SI APPARITOR. apparitor criminosus fugiens est citandus, quod nisi venerit intra talem diem, feretur cõtra ipsum
sententia condemnatoria,& ipso non comparente,condem-
a nabitur.h.d.[a]†¶ Et not.ꝙlicet sententia non valeat,si in cri-
1 minali proferatur contra absentem, vbi est pœna relegatio-
nis.l.absentem.ff.de poe. tamen cõtra officialem ferri potest,
2 vt l.ne diu.s.de poe.¶† No.etiam gl.hic positam ad modum
citandi, cum debet ferri sententia contra absentem, quia debet fieri cõminatio, quod nisi citatus intra talem terminum veniat,feretur sententia cõdemnatoria contra eum. Non ergo sufficit ipsum citari simpliciter ad sententiam audiendam, sed quod venit,aliàs sententia feretur contra eum,quod no. Et idem credo in ciuili,vbi lite non conte.potest ferri sententia, vt si pars est absens, quòd debet fieri comminatio modo
b prædicto,aliàs non.[b]

a ADDIT. ¶Alex.¶Apparitor dicitur nuncius.l.cum clericis. ad fi.de epis. & cle,in auth.de testa.in §.si vero ignoti.& Roma,in no.66.in litera, c.vbi contumax quis non dicitur, nisi præcedente contumacia.

b Alex.¶Bal.voluit contra in l.consentaneum.s.quomodo,& quando iu.Adde quod Albe,no.Bar.in l.aut qui aliter.in prin. quod vi aut clam. Quid si quis fuit citatus ad audiendam voluntatem iudicis, an sententia diffinitiua valeat?do.de Rota,quod non in decisionibus suis decis.336.& potest esse ratio, quia creatio talis dicitur incerta cum voluntas iudicis possit esse in alio,quàm in sententia,l.vbicunque.de interrog. act.arbitror tamẽ quod si talis citatio non tendebat ad aliud,nisi ad sentẽtiam audiendam, quod talis sententia teneret,iuxta clemen.sæpe.de verb.sig.& l.Titius.de libe.& posth.l.certum.ff.si cer.pet. & hoc videtur fuisse de mente Bal.in l. consentaneum.quomodo, & quando iud.Adde gl.in ca.contumaciam,in gl.pe.de hære.& ibi Imol.& Ananiam in c.petitionem.de accusa. Rom.in litera,s,no.27.

LEX VII.

ORDINARIORVM. apparitores quorumcunque iudicũ non possunt scribi in numero militum aliquorum, aut contemplatione alicuius stipendij relaxari, priusquàm primipili rationem reddiderint,nec etiam petere,vt quieti donentur.item solutus militia ob delictum non ob hoc quietem accipiet,& bona talis delinquentis illi militiæ relinquuntur.h.d.

LEX IX.

PER ILLYRICVM. in illyrico centum apparitores singulis iudicibus obsecundent, & non vltra.ad quæ obsequia nõ deputabũtur iniqui,sed illi tantum,qui solicitudines debitas exequuntur.h.d.

LEX X.

QVICVNQVE. Ad officium emendi chartas, vel tabulas, vbi acta publica Principis describuntur, nullus deputabitur, nisi prius suum nomen in matricula scribi fecerit.h.d.

LEX XI.

1 *Verbum repedare,idem est,quod à capite incipere.*

SI QVIS EX GREGE. exemptus de grege cohortalium
propter crimen, si voluerit ad pristinum sacramentum repe-
dare,allegare debet,&ostendere principis oraculum ex certa
1 scientia concessum.h.d.† No. hic de verbo,repedare.nam i-
dem significat,quod à capite incipere.h.d.

LEX XII.

SI COHORTALIS. apparitor cohortalis, vel cohorti obnoxius, & eorum filij, nulla temporis nisi 30.annorum præscriptione obstante, ad aliam militiam conuolantes, retrahi possunt ad propiam conditionem, quod etiam in omnib.deputatis alicui negotiationi,vel ergasteriis obseruãdum est, vt non possint ad aliqua prouincialium officia conuolare.h.d.

LEX XIII.

NVLLVM. nullus primipilaris,vel cohortalis ad aliam militiam adspirabit, etiam ex aduocatione Principis, & statim restituendus est curiæ ciuitatis,vnde oriundus est.h.d.

LEX XIIII.

1 *Casus, in quo priuilegium principis etiam motu proprio concessum non valet.*

2 *Statutum,quòd habens vnum officium,non debeat aliud acceptare.si aliud acceptat, quod careat officio, quod non debet habere talis acceptans salarium primi officij,*

QVISQVIS. Obligatus cohorti, etiam ex priuilegio princi
pis concesso,motu proprio ad dignitatem aliam non adspira
bit, & carebit effectu priuilegij, & commodum cohortalis
1 militiæ nõ habebit.h.d.† Not.casum singularem,in quo pri-
uilegium principis concessum motu proprio nullius est mo-
2 menti.rẽ ꝯ,vt in c.si motu proprio.extra,de præb.li.b.6.† Itẽ
hic est casus expressus,quod si statutum dicat,qđ habens vnũ officium nõ debeat aliud accipere,ꝙ si accipiat,ille,qui sic acceperit,careat officio accepto,& eius effectu.& ẽt punitur in hoc,ꝙ nõ dẽbit hr̃e stipẽdiũ primi officij,nec eius priuilegiũ.

De diuer

¶De diuer.offi.& appari.iud.&c. Rub.

LEX I.

SI QVANDO. Adstrictus chartarũ officio, vel publicis ratiociniis, si ad militiam conuolauerit, ad primum officium reuocatur, & in locum talis reiecti substituitur alius, quem merita dignum faciunt.hoc dicit.

LEX II.

a NVLLVS. aResolutus à militia ad eandem non adspirabit sine licentia Principis, & impetrans contrarium per obreptionem, punitur in quinque libris auri.h.d.

a ADD. Alex. ¶Nullus.Bal.no.in l.2.de libertis,& eorum liberis, ꝙ doctor solutus & priuatus doctoratu propter delictum, non potest iterato intrando examẽ redoctorari. & per eundem in l.2.de manu.vindi.vbi dixit, referendo vltramontanos, qđ si Comes Palatinus creauit tabellionem, qui postea propter delictum fuit priuatus tabellionatu, quod non potest de nouo creari per Comitem Palatinum.Pro quo facit c.præsul.2.q.4.

LEX III.

NVLLVS APPARITOR. Apparitor prefecti prætorio publicæ vtilitatis obtẽtu, aut etiam executionis priuati negotij, nõ reuocatur ab obsequio ciuitatis, vnde oriundus est, aut in qua larem firmum constituit, pœna imminente vacantibus, & ipsis acceptantibus, quod obseruatur in domesticis, & protectoribus in rebus agentibus, Palatinis, & stratoribus. hoc dicit.

LEX V.

QVICVNQVE. Apparitor ob culpam, vel negligentiam motus officio per sententiam ad nullam militiam adspirabit. contrarium facienti pœna grauissima iniungetur.h.d.

LEX VI.

IN HIS. Nullus debet fieri procõsul Asiæ Comes Orientis, prefectus Augustalis, vel eorum vicarius, nisi per sacri scrinij probatoriam consecretur, pœna contrafacientibus imminente.hoc dicit.

LEX VII.

1 *Iustitiæ clauis errat, quando delicta maiorum non puniuntur.*

AD SPLENDIDIORIS. Qui militiam inferioris gradus ꝑficit, ad maiorem potest accedere, dum tamen faciat proposito honorem adipiscendi, non cupiditate lucri, vel vt possit delicta iam facta occultare, vel habilius in futurum delinque
1 re.h.d.†Et no.ꝙ clauis iustitiæ multum errat in hoc, quando delicta maiorum celantur.

LEX VIII.

1 *Statutum licet tollat iurisdictionem, quæ habetur à lege, non tamen tollit, quam quis habet ex consuetudine.*

2 *Consuetudo dat iurisdictionem ordinariam.*

VIROS. Duces, & apparitores, & limitanei castrorum conueniuntur sub officiorum magistro, non tamen per hoc derogatur iurisdictioni magistri militum Thraciæ, vel Illyrici, qui ex consuetudine contra eos iurisdictionem habent. h.d.
1 †Et no. ex hac l.ꝙ si statuto caueatur scholarem debere conueniri tantum sub Episcopo, & de consuetudine est, quòd Rector etiam cognoscat de his, quod per istud statutum non derogatur iurisdictioni Rectoris, quam habet ex consuetudine, secus si eam haberet à l.Pro hoc facit quod not.in c.1.extr.
2 de consti.lib.6. Secundò not.quod†consuetudo dat iurisdi-
a ctionem ordinariam, a sicut lex. & hoc not.gl.s̃. de emancip.
b lib.l.1.& fin.b

a ADD. Ordinariam.Ad quod latè, & not.vide Fel. in c.cum contingat.de fo.comp.ver.gl.in verbo, consuetudine.& quod ibi dixi in apost.

b Alex. ¶L. cum prætor.§.1.de iud.& ibi gl.& in l.more.ibi doc. & in verbo seq.in verbo, nec ipsa liti.ff.de iur.om.iud.de quo per Io.An.ĩ c.1. de of.or, & in c.4.de consue.& in c.Romana, circa prin.de for.comp.in 6.& de excep.in fin.in 6.Facit quod not.in c.cum contingat.de for.comp.vide text. & vide Bar.in l.fi.§.1.de aqua plu.arcen.& ibi dixi.& Ro.in lr̃a, c.not.88.

LEX IX.

1 *Statutum, ꝙ instrumentum confessionatum, per manum publici notarij, de contractu rogati, faciat plenam fidem, & executioni mandetur, non verificantur in instrumento exemplato etiam iudicis autoritate.*

a PROBATORIAS. aMemoriales, & agentes in reb.& apparitores præfecti prætorio Orientis, non sortiuntur premium militiæ, nisi secundum cõsuetudinem sint eorum electiones manu Principis approbatæ, non per literarum exempla, &
1 debent dicti officiales esse fideles Christiani.hoc d.†¶No.ex glo.in verbo authentici quòd si statutum, dicit quòd instrumentum confessionatum per manum publici notarij de cõtractu rogati plenam fidem faciat, & executioni mandetur, quòd instrumentum exemplatum etiam authoritate iudicis non faciat fidem, nec mandabitur executioni, quia non est scriptum de manu notarij rogati de contractu, & sic statutũ ad id se non extendit: secus autem si illa verba, manu notarij, &c.non essent in statuto, quia tunc illud exemplum authoritate iudicis authenticatum faceret fidem, & executioni mandaretur, vt l.chirographis. ff.de admin. tutor. Dixi in auth.vt spon. largi. §.si quis in aliquo. & in authen. Si quis in aliquo. suprà de eden.

ADDITIO.

a ¶Vide secundum do. Car.in c.1.de vita, & honest. cler.& tex.de pœn.dist.1.c.periculose.& quod dixit Bal.in c.1.§.furtum, de pace iur.fir.& Io.And. in c.sicut dignum, de hom.& Dominicus in c.si quis viduam.50.dist.in ea. in fi.Adde Ang.in auth.vt frat.filij.§.j.in fi.No.istam l.probatorias.ibi, manu Principis, quia per eam patet, quòd vbi debet fieri aliquid per manus alicuius, non potest tale quid fieri per alium, quod no.propter id, qđ hic dicit Bar.adde l.singulos.ff.de test.per gl.ibi, proprio chirographo, & qđ dicit do.Car.in clem.j.de iureiu. per illum tex.in verbo, ꝑ manus nostras. vbi dicit, qđ quoties in statuto, vel rescripto dicitur aliquid debere fieri per manus nostras, nõ potest fieri per substitutum. alleg.gl.singularem.in cle.j.de vit.& ho.cle.& Io.And.c.sicut dignum.de homi.vbi dicitur, si occiderit suis manibus, qđ non habet locum si per alium occiderit. De quo Dominicus in c.si quis viduam.50.dist. quod dictum fuit originaliter Iac. de Bel.vt refert Bal.in c.j.§.furtum.de pac.iur.fir.Facit de pœn.dist.j.c.periculosæ.Adde cle.sicuti.de arb.& tex.in l.sæpe.de of.præf.& in l.nulli.ibi, pro sua conscientia.de epis.& cle.vbi Bal. vide quæ scripsi post Bart.in l.pe.de prin.in reb.lib.12.Adde tex.& ibi Abb.in c.licet ex quadam.de testi. ibi, proprio iuramento, & Roma.in litera, r.notabili.50.

LEX X.

HAC SANCTIONE. Approbatio facta per Principem militis militare volentis, habens subscriptionẽ Principis, & administrantium, sub quibus ipse debet militare, ipsi traditur: exemplum verò eorundem iudicum subscriptionem habẽs apud officium dimittitur. Item istis approbatoriis egent tantum illi, de quibus fit mentio in l.proxima, & agentes, si alio modo militant, puniuntur.h.d.cum l.seq.

¶De executoribus, & exactoribus. Rub.

LEX I.

1 *Potestas, quod teneatur pro furto, barattaria, & concussionibus per eius officiales factis.*

NE PER DIVERSAS. Ne apparitores, vel Palatini exactores, per prouinciam vagando inferant prouincialibus molestiam, periculum gestorum per eos pertinet ad eos, quorum
1 sunt apparitores, & exactores.h.d.†Not.hanc l.contra capitaneum, & potestatẽ Perusij, quòd si eorum officiales, quos per comitatum Perusij mittunt, aliquod illicitum faciant, puta furtum, barattariam, vel concussionem, tenentur ipsi de
a omnibus gestis, & factis per eos.a

ADDITIO.

a ¶Per eos.Adde Sal.in l.2.in fi.C.de his, qui latro.¶Adde Bart.in l.j.§.fami liæ.ff.de publ.& in l.si post depositam.supra, de asses.dixi post Panor.in c.j.nu.8.in apost.ver.officialium.extra, de resti.spo.Est tamen debilis cautela ne teneantur, quam ponit iste in l.iure ciuili.ff.de cond.& dem.Bal.melius in l.obseruare.§.proficisci, post prin.ver.quid statutum.ff.de off.proc. & leg.refert, & sequitur Tho.Ferratius in suo trac.caut.cau.49.incip.potestates terrarum.

LEX II.

QVICVNQVE. Deputatus ad vnum officium, se non intromittit de officio sui collegæ.h.d. Not.hanc l.ad id, quod dixi s̃.de nume.& actu.l.in prouinciis.

LEX III.

SIVE. Exactor intra annum debet ostendere, quid exegit, & si non exegit, causam denotare cur non exegit: aliter punitur.hoc dicit.

LEX

LEX V.

1 *Officiali facienti vltra modum, resisti potest propria autoritate.*
2 *Nuncio pignoranti vltra modum, licitè resisti potest.*

CONTRA. Facienti exactionem vltra modum, potest lici-
1 tè resisti, & si probatur criminosus, potest puniri. h.d. † Not.
officiali facienti vltra modum, posse resisti propria autorita-
a te, [a] concor. s. de iur. fisc. l. defensionis facultas. ¶ † Vltimò
2 no. hanc legem contra baiulos, qui sunt deputati ad pigno-
randum aliquem. Nam si accipiant pignora vltra modū debi
tum, licitè potest eis resisti, & debent etiam puniri, quod no.

ADDITIO.

a ¶ Propria autoritate. Adde Lud. Pon. in l. 1. ff. de re iud. & Flo. in l. quemadmodum, §. magistratus. ff. ad l. Aqui. & do. Alex. de Im. in l. sed eximendi. ff. ne quis eum. & Pau. de Cast. cons. 192. vide tamen Pau. de cast. & Bart. aliter loquentes in l. vt vim. de iust. & iur. & Car. in cle. 2. §. ceterum. de reg. iur. φ potest resisti, quando grauamen est irreparabile, aliàs non, & sequitur Dy. in reg. quod quis. in 6.

LEX VI.

1 *Quis ex necessitate potest accipere duo officia, simul, & semel, sed non tria.*

SANCIMVS. Exactor præfecti prætorio antequàm exactionem publicarum pecuniarum inceptam compleat, aliam incipere non potest. Si tamen fuerit necessitas, duas exactiones in eadem prouincia simul faciendas suscipere potest, sed
1 non tres, pœna contrafacientibus imminente. h. dicit. † No.
quem ex necessitate posse suscipere duo officia simul, & semel, sed non tria.

¶ De lucris aduocatorum, & concussione officiorum, siue apparitorum. Rub.

LEX PRIMA.

SI QVIS. Cognoscens se læsum à ducenariis, centenariis, vel aduocatis, pandat iniuriam, vt dicti officiales conuicti puniantur.

¶ De primipilo. Rub.

LEX IIII.

CVM EX SOLA. solùm ex causa primipili filius non existens hæres patris potest conueniri pro patre, in aliis verò secus. h.d.

ADDITIO.

Alex. Not. quod commoda officij debentur post administrationem. quod facit ad no. per Bar. in l. 1. §. diuus. ver. quid si sit per electum. de var. & extraor. cog. & ibi dixi post Bar.

¶ Publicæ lætitiæ, vel consulum nuntiatores, vel insinuatores constitutionnm, &c. Rub.

LEX VNICA.

1 *Officialis qui dissimulat maleficia, acriter punitur.*

QVICQVID NOSTRORVM. portans triumphalia noua principis, suum salarium debet consequi, non autem ab aliis, quibus portat aliquid, vltra percipiet, pœna contra facientibus imminente, & etiam officiales, qui prædicta dissi-
1 mulant, puniuntur. hoc dicit. † Nota istam legem contra officiales, qui maleficia dissimulatione non puniunt, nam sunt acriter puniendi, vt hic, & s. de deser. l. 1. ad præsens hic non habetis alia.

Commentariorum Bart. super trib. posteriorib. libris Codicis finis.

Excußit Ant. Blanc.



BARTOL.^s^
Afaxoferr.^i^
In
2. Cod. Part.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm